Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Adam Struve

Georgii Adami Struvii, ICti, Observationes Feudales : iuxta ordinem Syntagmatis Iuris Feudalis Digestae quibus annexa Decas Consiliorum Et Responsorum Feudalium, cum Indice Capitum, Consiliorum, Autorum, rerum & verbornm

Francofurti: Ienae: Goetzius: Literis Nisianis, 1681

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn76905658X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca
Dr. Alberti Willebrandi
Comparat: 1694.

Ex Testamento Willebrandiano

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0003
DFG

GEORGII ADAMI STRUVII,
JCTI,
OBSERVATIONES FEUDALES,
juxta ordinem
SYNTAGMATIS JURIS FEUDALIS
DIGESTÆ
quibus annexa
DECAS CONSILIORUM
ET
RESPONSORUM FEUDALIUM,
cum Indice Capitum, Consiliorum, Autorum, rerum & verborum.



FRANCOFURTI,
Sumtib. Hæredum THOM. MATTH. GOETZII,
JENÆ, LITERIS NISIANIS, CIↃIↃC LXXXI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0005
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0006
DFG

INDEX CAPITUM.

I.

De Feudorum Origine, Jurisque Feudalis compilatione & auctoritate. pag. 1.

II.

De Feudi essentia & natura. p. 9.

III.

De Feudi Divisione. p. 17.

IV.

De Feudis propriis & impropriis. p. 25.

V.

De Personis feudum conferentibus & acquirentibus. p. 33.

VI.

De rebus, in quibus feudum constituitur. p. 41.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0007
DFG

VII.
De Modo Feuda primum Constituendi & Acquirendi. p. 49.
VIII.
De Investitura & Præscriptione Feudi. p. 57.
IX.
De Successione in feudum constitutum & simult. investitura. p. 65.
X.
De Renovatione investituræ & laudemiis. p. 73.
XI.
De Jure Domini in Feudo. p. 81.
XII.
De Jure Vasalli in Feudo, & in specie de subinfeud. p. 89.
XIII.
De Alienatione & Revocatione Feudi. p. 97.
XIV.

XIV.
De Debitis Feudalibus. p. 105.
XV.
De Amissione Feudi. p. 121.
XVI.
De Judicio Feudi. p. 129.

INDEX CONSILIORUM & RESPONSORUM.

I.
De Tutela Illustris cujusdam personæ, præsertim quoad Feuda Regalia. p. 137.
II.
Laudemium non præstatur ratione emtionum imperfectarum. p. 151.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0009
DFG

III.

Laudemium non præstatur ratione divisionis, licet pecunia pro parte cohæredis sit præstita. 155.

VI.

Jus Retractus in Allodialibus etiam Jure Communi Saxonico in Thuringia non competit agnatis sive cognatis in bonis à venditore ipso noviter acquisitis. pag. 156.

V.

Filio non competit jus revocandi Feudum ex capite delatæ successionis, sed ex jure protimiseos. p. 169.

VI.

Consensus Episcopi, sive, sede va-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0010
DFG

vacante, Capituli, ut Domini Feudi, non præjudicat ſimultaneè inveſtito, qui non conſenſit in alienationem. p.169.

VII.

Feudo, vel rebus quibusdam ad feudum pertinentibus ſine conſenſu Domini alienatis, præſcriptio bonæ fid. poſſeſſorem tuetur. p.171.

VIII.

Clauſula, quâ liberè feudum alienandi, aut de eo per ultimam voluntatem diſponendi poteſtas conceditur, inveſtituræ literis inſerta ſingulares habet effectus. p.173.

IX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0011
DFG

IX.

Simultaneè investitus rem feudalem absque ejus consensu venditam revocare potest. p. 175.

X.

Molendina Navalia ad res immobiles pertinent. p. 177.

OB-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0012
DFG

Observationes Feudales

I.

Vdaricus Zasius (vir priscorum morum & antiquæ virtutis exemplar, ut eum describit Erasmus) *de feudorum origine commentatur hoc modo:* Originem Feudorum Doctores non ad ungvem tractant. Nos credimus feuda à vetustis Romanorum moribus orta. Siquidem ab urbis Romæ initio, potentes popularium causas tuendas susceperunt, quos clientes nominabant, qui se & sua in potentum ditionem commendabant, ut docent autores Dionysius Halicarnassæus, Aulus Gellius & alii, certis in utrosque obligationum capitulis constitutis. Verisimile est, cum Romani in provinciis Gallia, Germania, & alibi victricia signa circumtulissent, bonaque pars militum Romanorum in provinciis remansisset, ipsos cum multum eis esset agri, vicinos pro clientulis invitasse, eisque agros & fundos nomine clientelæ concessisse, atque ita temporis, quod omnia variat, processu, feuda; Ut sic non sit falsa opinio eorum, qui à Romanis moribus feuda processisse docuere. Nam & Gregorius Haloander, vir quondam dum viveret incomparabilis eminentiæ, feuda jura militiarum nominari scribit in Authenticis divi Justiniani, & eodem pertinent quæ e clarissimo Doctore Viglio Zuchemo Frisio *in rubr. institut. de militar. test.* traduntur. Licet Duar. & communiter Doctores Historiarum Forte Ignari, *in c. 1. de contro. inter*

dom. & vasall. de invest. male contrarium senserint. Epitom. Feudor. *part. 1. num. 1.* *Contra Carolus Molinæus* (cujus lucubratiores apud Gallos pro raris juris decisionibus habentur, referente Thuano *Histor. lib. 39.*) *tradit:* Porro SUAM ANTIQVITATIS IGNORANTIAM prodiderunt qui feudorum inventionem & originem ad Jus Romanum traxerunt, & indidem emersisse futilibus quibusdam conjecturis scripturis scripserunt, ut Parthenopæus ille Doctor Lucas à Penna in *l. quicunque 2. in princ. 2. col. 6. de omn. ager. deser. lib. 11.* dicens quod contractus feudalis erat etiam tempore Justiniani, idque constare per §. *per traditionem, inst. de rer. divis. vers. itaq; stipendiaria.* Quod verbum exponit de prædiis datis militibus, ut ex eorum fructibus vivant stipendiorum vice, serviantque Reip. absque aliis stipendiis; Et intelligit Luc. quod ad hoc oneris dabantur eis in feudum, & asserit hunc esse verum intellectum illius literæ *d.* §. *per traditionem.* De hinc subdit quod sic erant fortè prædia quæ dabantur veteranis *in l. Lucius D. de evictio. Hæc lut.* Et circiter centum & quinquaginta annis post eum ætate nostra Uldaricus Zasius (qui Lucam verisimiliter non legit) in suis eruditissimis Scholiis *in l. 2. in princ. in vers. Curias. ff. de origin. jur. & in sua epitome feudor.* (quæ post commentaria nostra inchoata ad manus meas pervenit) *part. 1. in pr.* opinatus est vasallos à Jure Romano emersisse. &c. Et ego quidem diligenter excussi omnes tractatores feudorum, tam in summis, quam in lecturis & repetitionibus, quorum libri extant: Sed nullum reperi hujus assertionis: Verum omnes ubi de hoc tractant, concorditer tenere vasallos, feuda, & eorum jura non esse de Jure Romano: nec à Romanis legibus, aut institutis fluxisse; sed solum ab illo jure consvetudinario, quod habe-

tur

ur in usibus feudorum originaliter processisse: ipsisque ur isconsultis, & antiquis Romanorum Imperatoribus penitus incognita & inusitata fuisse: Et ita expressim tenet Andreas Isern. *in proœm. feud. q. 4. & ibi in fine dicit*, quod in toto Jure Romano non reperitur ullum verbum de vasallo: Et verum dicit, quia ne *in Pandectis, nec in 12. lib. C. nec in Instit. nec in Novell. constit. Justiniani quas authenticas vocant*, quicquam reperitur de vasallo, aut feudo sive de jure hujusmodi patronorum, clientum & prædiorum clientelariorum. Quod nunquam fuisset obmissum, si tunc temporis fuisset inventum. Sed in quantum Isern. ibidem excipit de clientulo, puto esse mendam in libro: & legendum, Excepto cliente, qui non est vasallus &c. Quia notissimum est in toto præfato corpore Juris Romani nullum verbum reperiri de clientulo. Sed benè in quibusdam paucis locis, (nempe septem tantum) fit mentio de cliente. de veteribus quidem priscæ politiæ Romani in quatuor locis pandectarum, videl. *in l. sed & Clientes. de usu & habit. in l. si vero plures. Respons. 1. de bis dejec. vel ff. in l. qui penum. §. sed quod diximus de penu. legat. in l. non dubito de capt. & post lim. revers. & in uno loco C. vid. in l. 3. de novat.* Supereſt ut quod sentio dicam, quod nec ex historiis Romanis vel Græcis, vel juribus eorum, & multo minus ex eorum commentatoribus didici. Sed ex vetustis tum monumentis, tum instrumentis inveni feudorum hujusmodi & investiturarum authores fuisse Francorum Reges etiam ante nativitatem Christi in Franconia orientali regnantes, quam Beatus Hieronymus (qui vixit tempore Constantini Magni, & filiorum ejus) scripsit inter Saxones & Alemannos à Francis tempore suo habitari. Alemanniam autem vocabant, quæ nunc dicitur Suevia, ubi sita

est Tubinga, in qua docui &c. Illi inquam Franci terras Marte suo occupatas, in feudum concedebant ad onus recognitionis juramenti fidelitatis, & certorum onerum militarium pro modo redituũ feudi, & ad onus renovationis investiturae certorumque commodorum mutatione vasalli contingente, cum exceptione mutationis in linea directa, & quandoque sine ea exceptione. Extant etiamnum vestigia feudorum antiquorum ad onus tot armigerorum, & equorum militarium concessorum ut tetigi. *1. §.* Et ipse vidi antiqua instrumenta donationis feudorum antiquorum factæ per Childebertum primum Clodovei primi filium Francorum Regem Monasterio S. Germani Pratensis prope hanc urbem (à quo domus mea in qua hæc scribo, censualiter ab Illustrissimo & Nobilissimo Principe Ludovico Cardinali Borbonio divi Monasterii Abbæ movetur) facta inquam ante tempus Imperii Justiniani magni, qui nihil unquam Imperii habuit in Galliis plus centum annis ante imperium suum amissis, ut ipsemet fatetur *in l. 2. §. jubemus, autem ibi & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ vel Galliæ sive Francorum aguntur viro spectabili duci nunciare C. de offic. pref. prætor. Affr.* Cujus Justiniani tempore scribens Agathias Græcus, multis laudibus Francos evehit. Hæc est origo feudorum hujusmodi, quæ sunt proprium quoddam & peculiare πλεῦμα veterum Francornm non parum utile & idoneum ad subditos & incolas in officio continendos. *Commentar. in Paris. tot. Gall. suprem. Parlam. consuet. tit. 1. de mat. feudal. num. 4. 5. 12. & seqq. Nihilominus tamen Jacobus Cujacius* (quem Coryphæum JCtorum, seculi superioris Papinianum, summum divini Themidos vatem atque antistidem Petrus Faber laudat) *hic notat:* Nunc incipit tractare Gerardus de origine

gine processu & successione feudorum, quorum jus fuisse ANTIQVISSIMUM *ait:* Non igitur nuper à Longobardis in Italiam invectum. Et quidem initio qui quid jure feudi possidebant, erant tantum temporarii possessores, veluti actores procuratores, precarii possessores, qui & homines nostri dicuntur, sæpe in Pandectis & Codice, & à Græcis προσήκοντες οἱ διαφέροντες mutata enim voluntate licebat domino quandocunque feudum revocare, exemplo precarii. Post cœpit feudum tantum concedi & singulis annis renovari vel reipsa vel patientia sicut & precarium constitutum ad tempus, & locatio conductio ad tempus renovatur. *l. in rebus. §. ult. l. qui ad certum loc.* At deinde feudum concedi cœpit quoad vasallus viveret: paulatim obtinuit ne feudum finiretur mente vasalli, sed ad unum ex filiis vasalli, quam dominus optaret, & tandem ut etiam ad omnes filios vasalli perveniret. Quod posteà Conradus Imp. lege lata perduxit ad nepotes ex filiis, quos vocat aviaticos, idemque Conradus filiis & nepotibus, ex filiis deficientibus, fratres consangvineos invitabit ad successionem feudi à communi parente acquisivit. Quam aliam originem feudi quærimus? &c. *lib. 1. tit. 1. §. 26. quia vidimus. de feud. Similiter Fr. Davyd. Argente Antecessor Andegav. l. not. jur. select. tit. de feud. p. 219. scribit:* Hic ferè suspicari licet Francos, Germanos, Gothos, & alios populos in Italiam erumpentes, & eam occupantes morem illum colonorum & ascriptorũ in Italiâ & Romano Imperio repertum imitatos esse & retinuisse: & à se capta ex hoste occupataque prædia dedisse iis colonis, eosque obligâsse ad militiam seu militarem operam, & alia obsequia & servitia feudalia. *Add. Camill. de Laratha ex Casertæ comitibus theatr. feudal. part. 1. them. 6. & seqq. Marinus Freccias Patrit. & JCtus Neopolit. Consil. Reg. comm. Feud. lib. 1.*

init. ubi subjicit: Nos Christicolæ, qui vitam terimus in seculo, ab omnium Creatore atque mundi opifice DEO Opt. Max. universam terram conditam profitemur, ipsam nobis fruendam & dominandam tradidit, sub hac feudali investitura, ut ipsum mente pura ac corde veneraremur, ac coleremus: CHRISTIQ. JESU Mariæ filii, ac ipsius unigeniti nobiscum pactum est, providentia, & investitura. Servata ejus fide & lege Evangelica æterni & perpetui regni fruendæ gloria, quam nobis in baptismate vero sub certo pignore assignavit, & ad hanc omnes sub ejus benedictione & gratia aspiremus. I I.

Arthurus Duck, JCtus Anglus hæc in laudem Juris Feudalis scribit: Consvetudines Feudales licet ab Oberto viro privato scriptæ sint, ita tamen sunt receptæ ab omnibus fere nationibus Christianis, ut jam inter partes Juris Civilis annumerentur: & Libri Feudorum habentur inter Libros Juris Romanorum & post Novellas Justiniani Constitutiones decimam Collationem constituunt. Hos Libros Fridericus Imperator misit Bononiam in ea Academia publicè legendos, & inde in omnibus curiis fere orbis Christiani ad causas decidendas adhibiti, Romanique deinceps Pontifices eisdem parem authoritatem in foro Ecclesiæ concesserunt. Consvetudinem Feudorum igitur Authoritas inducta est à consensu Imperatorum Principum & Populorum Christianorum, qui eas in Academiis publicè doceri, à Juris Consultis illustrari Commentariis, & in Judiciis, in controversiis dijudicandis allegari continuo permiserunt. Hinc ab omnibus receptum est, post patrias leges & consvetudines teneri omnes Feudorum jure tam clericos, quàm laicos in utroque fôro, & ex eo decidendas esse omnes controversias non prædiorum humiliorum tan-

tantùm, urbium, civitatumve; sed & supremarum dignitatum, Comitum, Marchionum, Ducum & Regum, ubi regna in feudum concessa sunt. *Libr. de usu & autorit. jur. civ. Roman. in domin. Princip. Christian. lib. 1. cap. 6. num. 7. & 8.* vid. latiùs hoc ipsum exponens *Paul. Christinæus Practic. quæstion. rerumque in suprem. Belgar. cur. judicar. vol. VI. in consvet. feudor. decis. 1.* *Cæterum ex Goldasto notanda quoque sunt hæc:* Die Lehn Recht seynd gewesen ungeschriebene Gebräuche/ wie die Land-Recht bey den uhralten Teutschen und ist erstlich ein Systema derselbigen gemacht worden von Gerardo Nigro & Oberto de Orto, beyden Bürgemeistern zu Meyland/ und Keyser Friedrichen dem Ersten præsentiret / welcher es denn mit Rath und Consens der Fürsten und Ständen des Reichs auff dem Reichstag zu Rongall ùm das Jahr 1230. (ubi Otto Tabor. *Ichnogr. doctr. feud. th. 1.* addit: *error est in numeris, nam ut supra d. Friedericus I. anno 1190. decessit*) überlesen/revidiret, approbiret, & pleniſſimum Imperialium Constitutionum robur accommodiret.. *Conf. Myler. in Gamolog. cap. 6. §. 23. p. 182. & latius Joh. Frid. Rhetius comm. in Jus feud. proœm. n. 24. seqq.*

III.

Paulus Voet. Gisb. F. Juris in Academiâ Ultrajectinâ Anteceſſor *libr. de usu Jur. Civ. & Canon. in belg. unit. cap. 3. num. 2. ubi latè de usu Philosophiæ in jure agit. hæc inter alia proponit.* Imperator Juſtinianus lege latâ (*l. un. C. de stud. liber. urb. Rom.*) hanc ſtudiorum methodum ſervari voluit, ut Studioſi profundioris ſcientiæ (*id est Philosophiæ utiid interpretantur*) arcana rimentur, antequam ad Themidis ſacrarium admittantur; Noverat enim illos, qui Philoſophi non eſſent, ſi jura tradere vellent, meram traditurus eſſe confuſionem. Neque alia ratio dari poteſt, cur incon-

concinne Feudales consvetudines fuerint traditæ, nisi quod Consules Mediolanenses, operis architecti, Disciplinarum adminiculis destituerentur, &c. *Add. Gothofred. Oecon. Jur. Feud. p. 305. Lubet hic itidem addere Zasii verba:* Feudales consvetudines, juri quidem civili incognitas, prudentum tamen moribus receptas, explicare pergimus: quæ tametsi parum ex ordine, & modica rei latinæ puritate traditæ, (titulorum enim capita temerè & velut ex re nata congeruntur) utiles tamen sunt & necessariæ his, quibus rerumpublicarum commodis adesse consilium est. Tu ergo quisquis emunctiori sis naris, politioribusque literis assuetior, si latinum agreste, aut sordida occurrat barbaries, vel fronte durata vel conniventibus oculis salebras transmittito, securusque malè cohærentis ordinis, ipsam rerum utilitatem complectitor. Nos manum quantum possumus admolimur, ut malè tornata dictio te non offendat, & simul quam spicam excutiemus, tibi blandiatur. *Epit. feudor. init. proœm. Add. Præfat. Consuet. feudal. Heydelbergæ edit.* IV.

Glossas in feudorum consvetudines scripserunt Bulgarus, Pyleus, Ugolinus, Corradinus, Simon Vincentius, & Jacobus Gofredi filius. Sed ultimus Jacobus Columbinus adeò accuratè explicuit, ut post eum nullus, in hoc opus glossas scribere ausus fuerit, ut auctor est Jason *prælud. Feudor.* Et sicut Accursius anteriorum glossemata perfecit, ita & Jacobus veterum scholia, quæ in feuda edita fuerant, emendata mirificè locupletavit. *Guid. Pancirol. d. clar. Leg. interpret. lib. 2. cap. 31.* Ampliora commentaria in feuda primus edidit Jacobus de Belvisio, quem octies legisse libros feudorum Papiæ testatur Baldus *in proœm. feudor. num. 4.* unde illum in isto tractatu autoritate longe alios superare asserit Guid. Pancirolus *de clar. legum interpretib. d. libr. 2. cap. 55.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0020
DFG

OBSERVATIONES FEUDALES.

I.

DErivationem vocis Feudum *à* Fide *concinnè explicat* Fr. Davyd Argente *not. select. jur. tit. de feud.* his verbis: *Fides rudi & quasi gutturali pronunciatione* feides *sonat,* & feidem. *Hinc sensim* feudum, *atque vetustis olim* fœdum *dictum.* Aliter Hugo Grotius: *Ob* possessio est etiam priscis Saxonibus, unde *feot* sive *feodum* fiduciaria fructuum possessio *prolegom. Histor. Gothor. Vandal. & Longob. pag. 23.* Cœterum Guilielmus de Peruo Patritius Syracusanus scribit: *Pheudum* in Consil. *Pheudalib.*

II.

Quid in Loccenio, feudum *Gothicæ originis esse* statuente, desideretur, *non satis se capere* scribit Dn. Huldericus Eybenius *Elect. Jur. feudal. cap. 1. §. 10. vers. ex aliis.* Verum sensus videtur omnino perspicuus, quod sc. haud probabile sit *feudum* à Germanicis vocibus derivari, cum nullibi appareat verbo: Foed/à quo latinum *feudum* derivat, Germanica vel Gothica lingva id quod feudum vel Lehn appellamus, fuisse significatum. Quando enim ex voce aliqua Germanica per adjectam latinorum terminationem indigitatur res: tunc ista voce Germanicâ similiter eadem res fuit nominata. v. c. *rectè dicitur* ex voce Germ. Futter/formatam esse barbarum *fodrum:* quia talis vox

Germanica usurpatur, quæ idem significat quod fodrum: hoc verò non potest dicit de *foed* & *feudum*.

III.

Appellationis Germanicæ Lehn/originem tradit Cl. Boxhornius *de trapezitis p. 809*. Multa, *inquiens*, jam secula sunt, & ipsorum prope annalium memoriam excedunt, cùm Germanorum Principes, atrocissimis bellis, sive ex libidine propagandi imperii, sive ex necessitate illigati, illisque ære suo & eo, quid ex publico collegerant, sustentandis non essent pares, alienum ex subditorum opulentioribus contrahere coacti, usuras polliciti, in quas convenerant, idonei pignoris loco, agros & latifundia sua obtulere. Atque progressu temporis magis magisque exhausti, cùm sortem & usuras præstare haud valerent, quæ pignoris loco obtulerant, in feudum mutuantibus dedêre. Atque hinc nominis origo, quo feuda olim hodieque vernaculâ lingvâ Leenen/appellamus. Haud melior conditio fuit privatorum: qui inter arma cumprimis fortunis exacti, aut quas habebant non utentes, spe anni, quæ ex agris, in quibus tum rerum ac vitæ præsidia, per militem continuò interceptâ, & crescente luxu & pretio, à privatis, quibus plura supererant, pecuniam mutuati, pignoribus, quæ habebant, in fidem datis, necesse habuerunt.

IV.

Ad intelligendam meliùs primævam feudorum naturam faciunt tradita Caroli Sigonii: *lib. 7. de regn. Italiæ:* Otho I. Imp. more à Francis accepto, fortissimum quemque militiæ suæ adscribere, eosque, qui strenuam sibi fidelemque operam navassent, regalibus suis insignire instituit. Erant autem Regalia, dignitates & prædia, quæ

Rex

Rex bene meritis ad arbitrium concedebat; Dignitates, ut Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvaſores, & Valvaſini. Prædia ut vectigalia, telonia, portus, ripatica, pedatica, manetæ, piſcariæ, molendina, ſalinæ, fluminum uſus, & omnis proficiſcens ex illis proventus: & quæ generis erant ejusmodi. Duces erant, qui Ducatum, Marchiones, qui Marchiam: Comites, qui Comitatum à Rege in feudum acceperant. Capitanei, qui à Rege aut Duce, Marchione, Comiteve plebem plebisve partem: Valvaſore, qui à Capitaneis: Valvaſini, qui à Valvaſoribus acceperant: quorum tres priores Capitanei Regis, reliqui Valvaſores majores, minores & minimi quoque vocati ſunt. Unde nova nobilitatis ratio in Italiam eſt inducta, ut ii demum ſoli nobiles judicarentur, qui ipſi, aut eorum majores his atque ejusmodi aliis honeſtati privilegiis eſſent, nam hanc conſuetudinem ſucceſſores ejus non omiſerunt, ſed etiam multis partibus adauxerunt, ſive ut gratiam præfectis ſuis ac militibus pro opera in bellis egregiè navata referrent, ſive ut eos ſibi potiſſimum clientes devincirent, quorum virtute eam regionem continere in fide poſſent. Atque hos quidem Feudatarios Vaſallos, Homines, ac Fideles vocarunt. Erat autem Feudum ſive Hominum, ſive Homagium, jus, quod Reges, aut qui à Regibus acceperant, cum dignitate aut prælio aliquo beneficii nomine, ea lege alicui detulerant, ut & ipſe & ejus poſteri heredes ſeipſos beneficii ejus auctores perpetuò agnoſcerent ac pro domino colerent, ſuumque caput, exiſtimationem, fortunasque jurati defenderent. Qui verò Feudum conferebant, ii Domini & Seniores vocati ſunt. Spectant etiam huc, quæ Sigonii coætaneus Franc. Hottomannus *d. verb. Jur.* ſcribit: Feudum genus eſt clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal

ctigal vel prædium aliquod ea lege alicui datur, ut & ipse, & ejus posteri atque heredes beneficii auctorem perpetuo agnoscant & quasi pro patrono colant, ejusque caput existimationem & fortunas tueantur. Illius enim causa & origo hæc fuit, ut victores cum gratiam suis ducibus, præfectis ac militibus pro opera in bellis ac præliis egregiè navata referrent, honoribus & fortunis Italorum in illos transferendis: tum etiam certos sibi devinctos, & tanquam devotos clientes haberent, quorum opera bello partam regionem inposterum, si opus esset tueri possent: quos sua lingua modo Valvasores, modo Vasallos appellarunt. Unde tres Feudorum gradus facti sunt, summus, medius, infimus. Summus ordo est Principum, ac Procerum: qui linguâ illorum Capitanei regni, Duces, Marchiones & Comites appellati sunt; & à Rege tum etiam Italiæ oppidis ac vicis locupletum etiam victorum artibus ac villis donabantur. Quæ Feuda quia partem aliquam regiæ dignitatis obtinebant, (qui enim Duces & Marchiones nunc appellantur, Reguli olim fuerunt,) idcirco olim Regalia dicta sunt. Itaque potestas eis data est cudendæ pecuniæ creandorum, magistratuum, Salinarum & fodinarum exercendarum, caducorum, confiscationum, earumque functionum, quæ Angariæ & Parangariæ appellantur: quæ jura vulgò jura Regaliæ (pro Regalia) nominantur. Medius ordo eorum fuit feudorum, quæ principis illius ordinis proceres, Regis concessu, ea lege aliis inferioris dignitatis hominibus dabant, ut Vasalli ipsos secundùm regem ejus beneficii auctores ac patronos agnoscerent, & pro capite ac fortunis ipsorum, si usus ferret, pugnarent. Quo in numero ii, qui vulgò illorum lingua Barones, ac Majores Valvasores sive Vasalli appellantur, fue-

fuerant: qui patronos quidem illos agnoscebant, sed tamen, ut jam dixi, secundùm Regem infimus ordo eorum fuit, quæ à secundi ordinis Vasallis in privatos conferebantur: sive nobiles essent, quam nobilitatem armis pepererant: sive ignobiles: nam utrique eadem, qua superiores jurisjurandi formulâ obligabantur: ut cliens patroni sui caput, fortunas, contra quemcunque adversarium, solius Regis majestate excepta, tueatur.

§. V.

Gemina his Jac. Cujacius tradit: Feudum quidam dixere fœdum, ut Guillelmus Imperator in constitutione quadam in Chronicis Flandriæ relata, per quam terris imperialibus privatur Margaritæ Comes Flandriæ ob fidem non præstitam. Ut inquit, eadem Comitissa in fœdum tenuit. Vocem sane Feudi Isidorus à fœdere deduxit. Obertus autem à fidelitate vel fide quod rectius puto, vel eo maxime, quod hi qui rem à domino jure feudi acceperunt, dicantur esse ejus *Leudes sive Levdes:* quod est Francorum lingua. Ses leaux, ou loyaux. Annonius 3. cap. S.1. Guntranus fuit leudis suis benevolus. Et lib. 4. legum Gottorum, tit. 5. Si inter leudes in expeditionibus constitutas de labore suo aliquid adquisierit, & in exemplo pactionis habitæ inter Guntranum & Childebertum reges apud Gregorium Turonensem, lib. 9. Leudes illi qui domino Guntrano Sacramenta præbuerunt & inferius: Convenit ut nullus aiterius leudes nec sollicitet nec venientes excipiat, & ejusdem lib. 8. Credo alicujus ex leodibus nostris esse filium, & 3. A leodibus suis defensatus est, & lib. 2. Hæc dedit leodibus ejus. Unde puto Germanos feudum appellare leudum, sive Lehen. Nam & pari ratione iidem illi leudes; feudales dicuntur; quod

est Francorum lingua, Feaux, & feudum jus sive res, cujus acceptione fidei dominis exhibendæ vinculo constringuntur. Vox *hominii* concinnior est quàm *Homagii*, qua utuntur Robertus in Supplemento Chronicorum Sigeberti, Helmodius in Historia Slavorum, Otho & Radevicus, & Abbas Urspergensis sæpe; & Fridericus Imp. ad Othonem Frisingensem. *Hominio inquit, ac fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra Petrus Rex Francorum suscepit.* Sed & *Vvassi* vel *Vasalli* nomen, quod eisdem competit, servitium significat sive comitatum cum deducatur non ex eo, quod sint quasi in *vasario* nobilium, & *vasa* eorum instrumentaque censeantur, sed à Germanica & veteri Gallica voce *Gessel*, quâ significatur *Comes*, qui nobis servit mercede certa; unde & Gessatas populos Gallica lingva nuncupatos Polyb. II. & Plutarchus in M. Marcello scribunt. *Lege sis & cætera.* VI.

De voce allodii hæc notat Grotius: *Alode. Allodes. Allodium. Anlod. Sors hereditaria, quæ Allote in moribus Anglicis.* VII.

Pactum, non ipsam feudi naturam nec ullum interesse domini concernens, valet etiam absque consensu domini feudi. Huc pertinet Responsum Scabinatus Hallensis M. Feb. An. 1630. Als ihr uns Copiam einer sonderbahren Vergleichung und instrumenti occupatæ possessionis mit A. C. B. bezeichnet/samt etlichen dubiis zugeschicket/ und darüber unsere Rechtliche Belehrung gebeten. Demnach erachten wir/ &c. darauf in Rechten gegründet und zu erkennen seyn. Hat euer verpflechten Vater/Albrecht Böhse uff Franckleben seel. mit seinen Brüdern/ Dieterichen/Hanß Albr. Christophen und Liebroth Bohsen/den 16. Febr. An. 610. Pactum und Revers aufgerichtet/

tet/daß ieder 7500. fl. an Lehn wenden / seine Brüder so hoch in die gesamte Hand / und in die Mitbelehnschafft bringen / solche ohne ausdrücklichen Consens nicht beschweren/sondern absque onere den Lehnsfolgern lassen solte: Do aber einer ein mehres/als 7500. fl. an Lehn wenden/und die andern in die Mitbelehnschaft des gantzen Guhts oder Lehns bringen würde / so solte doch solche Mitbelehnschafft höher nicht/ denn auf die beniemten 7500. fl. sich erstrecken und zu verstehen seyn / und derowegen einem und dem andern auf diesen Fall frey stehen/dasjenige / so er über 7500. fl. an ein Ritterguht verwendet/seines gefallens zu versetzen/zu verpfänden/zu verkauffen/darüber zu disponiren / oder wie es ihm geliebte darmit zu gebahren/ auch do einer mit Tode abgienge/und keine Leibes-Lehenserben verliesse / solte alles dasjenige/so über 7500. fl. an Lehn gelegt worden/ desselben Töchtern/ oder andern LandErben in lineâ descendenti, von den Lehnsfolgern / ohne einigen Abzug und Wiederrede / aus solchen Lehn richtig ausgeantwortet und übereignet werden / und solten dieselben so lange/ biß solche geschehen/ des Juris Retentionis in den Lehngütern zu halten und zu gebrauchen berechtiget seyn. Und ist nun kurtzverrückter Zeit Albrecht Bohse seel. verstorben/ hat hinter sich das Lehnguht Franckleben/samt dessen pertinentien/ohngefehr 20000. güldeu würdig / benebenst seinen Töchtern und Tochter Kindern an einem/und seiner dreyen vor ihm verstorbener Brüder/Dietrichs/Hanß Albr. und Liebr. Bohsen seel. Söhnen verlassen/darum die Töchter/ die sich in corporali insistentiâ des Guts Franckl. befundē/ des verschriebenen Juris retentionis & commodipossessionis biß sie der

über-

übermasse über die 7500. fl. und anderer Befügniß fähig würden/ zugebrauchen vorhabens. On nun wohl das unter den Brüdern den 26. Febr. An. 610. aufgerichtete Pactum, cum consensu Domini feudi nicht geschehen: Die itzigen Successores feudi für ihre Person darein nicht verwilliget: und Carol Dietrich Bohse bey seines Vaters Leben Hereditati paternæ renunciret. Dieweil aber dennoch mehrerwehntes Pactum ipsam feudi naturam nicht angehet/ bald anfangs bey Verstattung der gesamten Hand verwilliget/ auch mit dieser Condition und limitation von einem Bruder dem andern die Mitbelehnschafft an seinem Gute verstattet worden/ und diese mutua obligatio ex naturâ contractûs herrühret/ Als ist solches pactum und revers für kräfftig zu halten/ und weil die itzigen Successores feudi, auch Carol Diet. Bose selbsten/ dißfalls allein in ihrer Väter Recht getreten/ seynd sie demselben pacto in allen Puncten nachzuleben schuldig/ und können sich die über 7500. fl. befundene übermaß an Albrecht Bosens verlassenen Lehn/ daran sie die gesammte Hand haben/ den Töchtern und Tochter-Kindern abzustatten nicht entbrechen. Dieweil auch in offterwehntem pacto ausdrücklich versehen/ daß auff solchen Fall die Töchter und Landerben/ biß sie der gedachten übermaß befriediget/ des Juris retentionis in den Lehngütern sich gebrauchen solten: so können die Lehnsfolger/ zu wircklicher possess der Güter/ ehe und zuvor sie solchen allen ein genüge gethan/ ungeachtet sie in gesamter Hand/ und abusivè investiret/ nicht gelangen/ sondern es werden immittelst die Töchter und Landerben darbey billich geschützet/ und in den Gütern gelassen. Und weil ein ieder possessor, etiamsi injustè possideat, anders nicht/ als juris ordine servato, seiner possess zu entsetzen/ als hatte sich die Tochter und Landerben/ do sie de facto oder mit Gewalt ausgestossen werden wolten/ die ratione possessionis retinendæ & recuperandæ rechtliche verordnete Remedia billich zu gebrauchen. Dafern auch endlich durch Kaufbriefe/ oder andern Beweiß nicht beyzubringen/ wie viel Albr. Bohse seel. über die 7500. fl. eigentlich an das Lehn verwendet/ und es könten die Lehns- und Landerben sich eines rechten Werths nicht vergleichen/ so müste das Guth billich taxiret, in Anschlag gebracht/ und nach seinem vero & justo pretio æstimirt werden/ alles V. R. W. Similiter ad eundem casum respondit Facultas Juridica Lipsiensis.

OBSERVATIONES FEUDALES.

I.

COntrovertitur de qualitate feudi, quam habeat post remissam vasallo culpam: *Vid. Oldrad. consil. 178.* sententiam relatam & examinatam *Syntagm. feud. cap. III. aph. 2. exeg. num. 4. vers. Neque verò.* amplectuntur ferè communiter interpretes. Accurs. Alberic. *in l. quod dicitur. §. 1. verb. crevisse. de impens. in res dotal. fact.* Schrader. *de feud. part. 3. num. 43.* Bernh. Græven. *lib. 2. Concl. practic. 51. pr.* Paul. Christin. *vol. VI. decis. Belgicar. decis. 2. num. 27. & seqq.* Addunt tamen, si Princeps vasallum etiam post sententiam ad omnia sua bona restituat, ac in pristinum statum, feudum remanere antiquum. Alvarot. Præpos. Alex. *in c. un. de vasall. decrep. stat.* Christin. *d. l. n. 27. in fin.*

II.

Feudum novum, concessum jure ac nomine antiqui feudi, per hujusmodi verba non mutare suam qualitatem sed novum manere; sicut è diverso si feudum revera sit paternum vel antiquum, & de eo tanquam de novo fuit vasallus investitus, non propterea novum censeri, sed manere antiquum, statuunt allegati ab Andr. Tiraquell. *tract. de retract. lignag. §. 32. gloss. un. num. 37. & 38. & seqq.* Contrariam tamen sententiam rectius nobiscum defen-

dit & communem dicit Er. Cothm. *vol. 1. conſ. 9. n. 81. 82.* Conf. Franc. Nig. Cyriac. *controv. for. 4. num. 86. & ſeqq.*

III.

Prælato feudum novum ita concedere non licet, ut pro antiquo habeatur, quia Prælatus Eccleſiæ conditionem deteriorem facere prohibetur. Mynſing. *cent. 6. obſerv. 18.*

IV.

Ubi in conceſſione feudi appoſita fuerit clauſula hæc: *Pro ſe ſuisque heredibus & ſucceſſoribus quibuscunque:* ſic per eam, ob generalitatem verborum iſtorum feudi natura immutatur, ut ad heredes extraneos tranſeat, quinimo Bald. *in l. 1. q. 34. d. rer. diviſ.* adnotavit idem eſſe dicere: *Pro te, & heredibus quibuscunque:* ac ſi dictum foret, *& quibus dederis,* ut utroque caſu heredes extranei ad feudum poſſint vocari etiam irrequiſito domino, cum ſit feudum hereditarium. Ita tradit cum pluribus allegatis Barboſ. *de Clauſul. uſufreq. clauſ. 113. num. 1.* Theſſaur. *deciſ. 146.* Scacc. *lib. 2. de judic. cap. 9. num. 1391. & 1524. it. n. 15. & 18.* Verùm huic doctrinæ non ſimpliciter confidendum, ſed literas inveſtiturarum & mores locorum ac conſvetudines Curiarum Feudalium ejusmodi caſibus accurate attendas neceſſe eſt. Vid. Carol. à Kirchberg. *tr. de feud. expart. & provid. & hereditar.* P. Marq. *lib. 1. de diviſ. bon. cap. 7. num. 6.*

§. V.

Si is, qui de feudo eâ lege inveſtitus fuit, ut ſi absque maſculis decederet, & feudum ad alios heredes perveniret, domino feudi ſit integrum certa pecuniæ ſumma iſtud ab heredibus redimere: deinde pactus fuerit ut pecunia illa, qua domino feudum ab heredibus redimere conceſſum fuit,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0030
DFG

fuit, alii quam heredibus numeretur: tunc hoc secundum pactum tollit primum, ac in præjudicium heredum valet: quia sc. heredes, qui causam succedendi ab isto paciscente habent, tenentur posterius pactum servare. Vid. Sim. Pistor. *vol. 1. consil. 10.* Cæterum per pactum prius feudum non fit fœmininum, cum fœminarum nulla fiat mentio. Sim. Pistor. *d. l. n. 19.*

VI.

Feudo nobili perdito, nobilitas personæ vasalli non exspirat, quia nobilitas non rei inhæret, sed personæ. Bar. Schenck. *in c. un. quis dic. Dux. March.* Schneidevv. *part. 3. epit. in usus feudor. num. 106.* Diss. Petr. Ravennat. *in d. c. un.*

VII.

De ligio feudo legatur Dn. Christoph. Crusius *lection. feudal. succes. cap. 2. pag. 9.* Addas hîc, quod de voce *valvasar* Hugo Grotius *indic. voc. Goth. Vandal. & Longob.* notat: *Valvasores:* Waldfesten/ *nemoris custodes. Ea significatione hanc vocem reperies semper in tabulis, quas Romanas vocant.*

IIX.

Feudalia bona minus æstimari quàm allodialia tradit Franc. Nigr. Cyriac. *controv. forens. 62. n. 20.*

IX.

Adjiciemus hîc, quæ *in locis communibus argumentorum juris*, feudum spectantia Augustinus Barbosa *loc. XLVII.* annotavit:

1. A Feudo ad Majoratum seu primogenituram confici potest argumentum, quando id, quod in feudis deciditur, Juris communis regulis non repugnat, Covarr. *lib. 2. var. cap. 18. n. 1.* Gam. *Lusit. decis. 51. num. 5.* Dec. *cons.*

16. num. 5. vol. 4. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 7. in princip. & præcipuè num. 5. Pequera decis. 114. n. 12. Jacob. Gall. conf. 30. num. 46. Ludov. de Casanet. conf. 57. n. 61. ubi intelligit non respectu tituli, & qualitatis feudalis, sed respectu tantùm graduum, & formæ succedendi; majoratus enim similis est feudo, & eisdem ferè regulis comparatur. Roland. conf. 58. num. 69. & 70. lib. 3. Cephal. conf. 251. num. 40. & conf. 252. num. 18. Surd. conf. 41. num. 4. Leo Valent. decis. 80. num. 10. lib. 1. Reinos. in observat. pract. observ. 22. n. 7. Valenzue conf. 113. num. 49. tom. 2. Sic è contra valet argumentum de majoratu ad feudum, ubi militat eadem ratio. Ponte Conf. 5. n. 26. vol. 1.

2. A Feudo ad Emphyteusin valet argumentum, quando datur eadem ratio, & Juris regulæ non repugnant, l. 1. §. fin. juncta gloss. ff. si ager vectig. cap. 1. §. rei autem, de investit. de re alien. faciend. in usibus feud. Alex. conf. 44. Visa facti in princip. 3. Everard. in topicis legal. loco 12. Cantiunc. in simili tract. in secundâ specie loci à simili, Tiraquel. in tract. l. mort. p. 4. declarat. 6. num. 2. Covarr. var. lib. 2. cap. 18. num. 1. Petra de fideicom. quæst. 10. num. 45. & 47. Laurent. de Pinu conf. 11. num. 6. Camill. Larath. conf. 33. num. 9. Brunor. à Sole in locis communib. verb. arguere 1. Hippol. Riminald. conf. 257. num. 209. & conf. 444. num. 4. Valasc. de jure emphyt. q. 39. num. 19. Sim. de Prætis conf. 9. n. 7. lib. 1. ubi intelligit quando est eadem ratio, Vivi. opin. 73. num. 1. & 2. ubi intelligit si in utroque appareat eadem ratio, & num. 3. limitat in exorbitantibus, Henric. à Rosenthal. de feudis cap. 1. concl. 20. num. 5. ubi intelligit si sit præter jus & viva ratio in utroque militet & in gloss. lit. G. limitatur in Pœnalibus, Honded. conf. 36. num. 4. tom. 1. Hieron. Gabr. conf. 7. num. 1. tom. 2. Borgnin. Cavalcan. de-

cis.

cis. 44. num. 22. part. 1. & decis. 18. num. 75. p. 3. Peregr. *cons. 25. num. 5. & 8. vol. 1.* ubi id intelligit, cùm non subest ratio diversitatis. Decian. *cons. 4. num. 28. vol. 1. cons. 123. numer. 7. vol. 3. & cons. 2. num. 5. & 51. vol. 4.* Menoch. *cons. 111. num. 59. & cons. 129. num. 2. & cons. 587. num. 17.* Surd. *decis. 188. n. 5. & decis. 290. num. 15. & cons. 75. num. 13. & cons. 208. num. 9. & cons. 338. num. 33. & cons. 402. num. 24. & de aliment. tit. 4. quæst. 10. num. 15.* Perez de Lara *de anniversor. & capellan. lib. 1. cap. 19. num. 7.* ubi ait procedere quando decisio feudalis non repugnat Juri communi, Mari. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 56. sub num. 2.* Adrian. Negusant. *in sylvâ responsor. q. 123. num. 19.* Fulv. Pacian. *de probationib. lib. 1. cap. 19. num. 36.* ubi limitat in pœnalibus, Cald. Pereira *de potest. eligendi cap. 11. num. 43. & de nominat. emphyt. q. 17. n. 28. & de renov. emphyt. q. 9. n. 17. & de extinctione emphyt. cap. 3. n. 1.* Anton. Monach. *Florent. decis. 61. num. 3.* Cæs. Angel. *de contradictore legit. q. 16. num. 28.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 507. num. 34.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. 13. num. 7. tom. 1.* Joseph. Ludov. *Lucen. decis. 48. num. 37.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. 187. num. 7. tom. 2.* Sic è contra valet argnmentum ab emphyteusi ad feudum, ut dixi loco 43. num. 2. Joseph. Vela *dissert. for. dissert. 13. n. 17.* Rosenthal. *d. feud. c. 6. concl. 66. n. 3.*

3 A Feudo ad Regnum valet argumentum secundum Anchar. *cons. 339. vol. 8.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Alexand. Raudens. *de succes. Regni Portugalliæ resp. 2. n. 69.* & *Pisana decis. 48. n. 18. part. 1.*

4. A Feudo ad Officium valet argumentum, Boër. *decis. 350. num. 4.* Frec. *lib. 2. q. 51. & 56.* à Ponte *cons. 16. numer. 5. tom. 2.* Mastrill. *de Magistr. lib. 1. c. 24. n. 35. & cap. 28.*

num. 29. Vincent. de Anna *alleg. 103. num. 3.* Joann. Andr. Georg. *in repet. feudalib. c. 5. num. 51.* & *cap. 35. n. 28.* & *29.* Theodor. *alleg. 41. num. 3.* & *13.* Mart. *conſ. 53. num. 2. cum ſeqq.* Noguero *alleg. Juris tom. 1. alleg. 33. num. 5.* ubi etiam quod officia magnam cum feudis habent ſimilitudinem.

5. A Feudo ad Jus Patronatus validum eſt argumentum quoad modum ſuccedendi, ut per Lambertin. *de jure Patron. lib. 7. art. 8. q. 3. princip. primæ part.* Decian. *conſ. 32. num. 12. lib. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 199. n. 223.* & *deciſ. 220. n. 319. in 1. edit. aliàs reſolut. 281. n. 4. in 2. edit.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 521. num. 31.* Julian. Vivian. *in praxi Juris patron. lib. 14. cap. 2. num. 30.* Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. in fine.*

6. A Feudo ad Fideicommiſſum valet argumentum, Menoch. *conſ. 89. num. 56.* & *conſ. 116. num. 29.* & *conſ. 124. num. 39.* & *conſ. 161. num. 40.* & *conſ. 325. num. 38.* & *conſ. 1036. num. 2.* Peregrin. *de fideicom. art. 27. n. 4.* Decian. *conſ. 21. n. 28.* ubi ait, quod valet argumentum de feudo paterno ad fideicommiſſum relictum fœminæ, vel agnatis, & è contrà, quoad ſucceſſionem, Cephal. *conſ. 313. num. 131. vol. 3.* & *conſ. 606. num. 18. vol. 4.* Joan. Gall. *conſ. 70. n. 12.* Manent. *deciſ. 2. num. 19.* Garc. Maſtril. *Siciliæ deciſ. 122. num. 15.* Giurba *de conſuetud. Meſſanenſes, cap. 13. gloſſ. 2. n. 9.* Fuſar. de ſubſtitution. *q. 397. num. 14.* Idem Fuſar. *conſt. 28. num. 12.* & *conſ. 124. num. 28.*

7. A Feudo ad ultimas voluntates valet argumentum, per Decian. *conſil. 100. num. 7. vol. 3.*

X.

An Nobiles, quibus Jurisdictio ratione feudorũ nobilium competit, cera rubra in ſignandis literis tum aliis tum cumprimis iis ſcripturis, quæ ad exercitium Jurisdictionis ſpe-

pectant, licitè uti possint (ob sie des rothen Wachses zu ihren Gerichts- oder andern Siegeln sich gebrauchen mögen) agitata nuper fuit quæstio? Jus isthoc absque singulari privilegio iis nequaquam competere statuentes sequentia allegant argumenta: Es statuiren bewehrte Rechtslehrer vom Gebrauch des rothen Wachses/ daß solches ex speciali concessione Imperatoris, vel præscriptione immemoriali, auch von Grafen und Reichsstädten, ob sie gleich sonst superioritatem territorialem haben. Ingleichen denen Comitibus Palatinis erlanget werden müste/ adeò ut postquam soli Imperatores initio cerâ rubrâ usi fuerint *c. l. 6. C. de Div. Rescript.* postmodum ad magnates quidem hanc prærogativam, sed tamen non aliter, quam concessione speciali dimanare sustinuerint, velut Maxim. Imp. Comitibus de Mansfeld illud privilegii genus concessisse legitur, daß sich dieselbe Wohlgebohren schreiben/ und des rothen Wachses sich gebrauchen mögen. ap. Spangenb. in Chronic. Mansfeld. *c. 348. pag. 404.* Et ne Magnæ quidem Civitates absque speciali concessione hac facultate uti possunt juxta Mundium *c. 3. de Comit. Palat. num. 320.* Multo minus Civitates Municipales oder Land-Städte/ (Zahnius *c. 9. Jur. Munic. n. 22.*) Præterquam si id genus beneficii ex speciali Cæsaris gratia obtinuerint, sicuti de Budissinensi, Lagbacensi, & Stetinensi Civitatibus Knipschildus *Lib. de Jur. Civ. Imp. c. 13. n. 8.* post Limnæum & alios observat. Atque pari ratione Nobiles quoque Landsassii eâdem uti posse non videntur. Gestalt denn auch noch in anno 1674. von Keyserl. Maj. ein vornehmer Minister, nebst der Nobilität als eine besondere Gnade und Freyheit erlanget / und hierüber in Keyserl. Reichs-Hoffraths Privilegien-Tax de An. 1659.

hierin

hierinnen in specie 39. fl. gesetzt seynd. Similiter inter privilegia singularia potestatem cerâ rubrâ signandi refert Georg. Mund. *tract. de Comit. Palat. cap. 3. num. 319. & 322.* Ubi inter alia scribit: *Licet hodie parum observetur, & tam signe privilegium ab omnibus fore nauci habeatur: ubi tamen, si ex simplicitate fit, miseris hominibus condonandum, si verò ex malitia, & fecialibus & aliis magistratibus in abutentes rigorose insurgendum.* Contrarium defendentes rationes afferunt has: **Die Freyheit roth Wachs zu gebrauchen / kömmt allen und ieden** nobilibus **zu / immassen dann** in Diplomatibus Nobilitatis illud ubique insertum reperitur, observante id Lazio *lib. Comm. Reip. Rom. c. 1. p. 746.* Add. Besold. *Th. Pract. voc.* **Wachs. Ja so gar** (2.) **denen** Doctoribus **solches nicht gewehret werden kan.** Juxta Bornitium *Lib. 1. de instrum. c. 20.* Hopping. *c. 3. de Jure Sigill. 54. n. 72.* & Limnæ. *ad Capit. Ferdin. III. ad Concluf. n. 10. p. 759.* Ac prout (3.) satis hâc in re fuerit, si quem consvetudo tueretur, ut innuit Kirchner. *Lib. 1. de off. & Dign. Cancel. c. 4. n. 53. seq.* Et (4.) plus est Nobilem esse, quam cerâ rubrâ uti, **Nachdemmahl die** Comites Palatini **ins gemein solche Freyheit des rothen Wachses wohl vergeben / aber die** Nobilität **oder den Adelstand nicht verleihen können.** Georg. Mund. *cum alleg. d. tract. cap. 3. num. 72.*

OBSERVATIONES FEUDALES

I.

EXistimat Joh. Otto Tabor. p. m. feudum fœmineum in Syntagm. Feud. *Cap. IV. aph. 17.* non rectè definiri: nec sententiam nostram probari ex *2. f. 30. & 50.* verb. *non filiæ succedit, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum.* Imo longe latiorem acceptionem ostendi in textu *2. feud. 11. vers. nisi ejus conditionis.* Verùm textûs à nobis allegati feudum fœmineum s. à fœminâ acquisitum, apertè distingvunt à feudo propter pactum in fœminas transitorio: quam distinctionem etiam manifestè confirmat *d. text. 2. feud. 11.* verb. *nisi ejus conditionis* (ratione primæ acquisitionis *d. 2. f. 50. sit feudum, vel eo pacto acquisitum.*

II.

Species proponitur talis: Titius feudum emit, concessâ venditori potestate redimendi intra annos duodecim: Titius moritur, relicto filio Sempronio & filia Caja, in feudo isto masculino succedit Sempronius, exclusâ sorore Cajâ; hoc defuncto sine heredibus masculis ad Patruum vi investituræ feudum pervenit. Deinde venditor feudum restituto pretio redemit. *Quæritur:* Utrum hoc refusum pretium ad filiam emtoris Cajam, quæ patri & fratri de-

functo succesſerat, pertineat, an ad Patruum, quo poſſidente feudum erat redemtum?

Pro Caja adducuntur hæc potiora argumenta:

I. Venditio, cum pacto de retrovendendo inita, inter eos contractûs refertur, qui ſub conditione reſolvuntur. *arg. l. 3. d. in diem addict. & l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. ubi Dd.* Cujusmodi conditionis ea ſolet eſſe natura, ut, licet interim, priusquam eveniat conditio, contractus pro puro habeatur, tamen poſtquam extitit, retrotrahatur ad ipſius contractûs tempus. Secundùm hanc igitur retrotractionem, de pretio iſto, ex redemtione redacto, juxta tempus initi contractûs judicandum, adeoque perinde habendum erit, ac ſi in feudi emtionem non fuiſſet collocatum, ſed in bonis defuncti etiam mortis tempore manſiſſet.

Reſp. (1.) Hoc argumentum innititur principio, quod nec ex lege, nec ex firmâ ratione probari poteſt. Alia enim eſt ratio addictionis in diem, quippe quâ per pactum circa ipſum pretium, ſubſtantiale quoddam contractus, venditioni adjectum, id apertè agitur, ut ſi plus pretii ab alio offeratur, contractus ſub conditione reſolvatur: atque ita pretium quodammodo adhuc eſt incertum, quippe quod alius ſuperare poteſt. *d. l. 2. d. in diem addiction.* At verò in pacto de retrovendendo nulla conditio reſolutiva, ipſum pretium afficiens & quodammodo incertum reddens eſt addita: ſed ſolùm venditori ſuo emtor, rem ſe iterum aliquando eodem pretio ipſi venditurũ, promittit. *Vid. Exercit. ad Pandect. XXIII. theſ. 44. & 46. verſ. at pretio. Non obſt. l. 2. verb. conditioni Cod. de pact. int. emt. & vendit.*

Præ-

Prætereà (2.) etsi admittamus illud principium, tamen negari poterit consequentia: quod nimirum, ob istam resolutionem contractûs & retrotractionem ad primum ejus momentum, pecunia, pro feudo redemto soluta, pervenire debeat ad heredes primi emtoris. Cum attendendum sit, ad quem pater vel juxta voluntatem ejus expressam sive tacitam", vel sec. legem feudalem velit prædium & per consequens pretium, quo id redimitur, delatum. Sicut enim si, prædio allodiali in diem addicto, ante diem emtor sit mortuus, qui in testamento uni filiorum prædium tanquam præcipuum assignavit, postea meliore conditione oblata, pretium solutum non pertinebit ad reliquos filios filiasvè, sed ad eum solum, cui soli prædium assignatum. Ita quoque feudo, juxta ipsam voluntatem emtoris patris ac investituram ordinemque succedendi feudalem, ad filium & deinceps ad Patruum delato, & posteà à venditore vi pacti redemto, pretium utique spectabit ad possessorem vasallum, quippe qui de eo est investitus ejusque utile dominium habuit, & quo possidente redemtum est. Neque obstat, quod regeritur, pretium rei venditæ pertinere quidem ad venditorem dominum in venditione sponte susceptâ: si verò res redimatur ex pacto retrovenditionis, pretium censeri ejus naturæ, cujus erat tempore prioris contractus. Hujus enim differentiæ nulla firma assignatur ratio, sed potiùs petitio principii committitur. Dicitur quidem, quod, cum redimendi facultatem permiserit venditori emtor, simul etiam quoad pretium reddendum voluntatem suam juris dispositioni eum accommodasse, atque adeò resoluto contractu, pretium istud, ad pristinam causam redactum, tanquam rem hereditariam ad heredes allodialium bonorum transferre vo-

luisse, credibile sit. *Verùm contrarium potius ex jam dictis apparet, quod scil. emens feudum masculinum, de quò ipse ejusque filii & his deficientibus agnati investiuntur, animum habeat ad solos hos investitos uti juxta jura feudalia feudum, ita & pretium, iterum redemto feudo, transferendi. Si verò de aliâ emtoris voluntate, apertiùs constet, ea erit observanda.*

II. Affertur hoc argumentum: Pecunia, ex feudo redemto redacta, non est feudalis, per tradita *b. cap. 4. aphor. 4.* adeoque successores feudales eam non possunt habere præcipuam. *Resp. Hoc ita se habet ratione eorum successorum feudalium, qui aliquando in proposito casu patruo successissent, si feudum non fuisset redemtum; illi filias istius, quo possidente feudum est redemtum, à pecuniâ, quæ patri est soluta, excludere nequeunt. Sed inde nullo modo sequitur Cajam, filiam primi emtoris, aliquid juris in pecuniâ istâ habere.*

III. Allegatur hæc ratio: Feudum, sub pacto retrovenditionis comparatum, tamdiu apud heredes feudales manet, quamdiu feudum non reluitur. Hoc vi pacti revocato s. redemto, exspirat jus successorum feudalium, & nihil amplius in eo prætendere possunt. *Resp. Hoc facilè admittitur, sed inde, uti ex dictis manifestum est, non sequitur: ergo pecunia pertinet ad Cajam seu heredem primi emtoris, sed pertinet ad ultimum possessorem, ad quem legitimè feudum est delatum, & post mortem ejus ad hujus heredes allodiales.*

Denique IV. hoc addi posset argumentum: Ad illum ejusve heredes allodiales æquum est redeat pecunia, quâ feudum retrovenditum reluitur, qui istam ante exsolvit. Ergo ad Cajam redibit, cujus pater primum

solvit

solvit pretium. *Resp. Negatur consequentia. Eodem enim modo quis concludere posset, etiam filiæ primi acquirentis pretium, ex feudo, à successore quodam aliquando vendito, redactum, esse addicendum. Neque apparet differentiæ ratio, ob quam aliud obtinere debeat in spontaneâ feudi venditione, aliud in retro venditione, quæ fit vi pacti initio adjecti. Sufficit enim feudum etiam hoc posteriori casu plenè acquisitum & legitimè esse ad eum delatum, qui vi pacti retrovendit.*

Pro Patruo hæ præcipuè militant rationes.

I. Eadem feudi est natura & essentia, eademque ratio succedendi juxta investituram, sive simpliciter, sive addito de retrovendendo pacto illud sit comparatum: Cum hic modus emendi (utpotc extra rei naturam existens, *vid. ex aphor. 15. num. 2.*) nihil immutet in ipso feudo ejusq; successione. Meritò igitur pecuniam, quâ feudum retrovenditur, venditor percipiet, perinde ac si alias liberè non vi pacti vendidisset. *Respondent Dissentientes: Admittendum est, si feudum ita pro se & heredibus masculis emtum, & investitura secuta fuerit, quod ad filium, vel in dato exemplo patruum, ad quem feudum legitimè pervenit, perveniat etiam pretium, casu retro venditionis existente.*

II. Patruus in proposito casu pleno jure feudum acquisivit, exclusâ filiâ emtoris: ergo à pretio excludet filiam, quæ nullum jus in re retrovenditâ habuit, adeoq; nullum etiam jus prætendere poterit in pretiô pro illâ re soluto. *Respondent Dissentientes: Hoc dominium tantisper durat quamdiu feudum emtum in eodem statu*

permanet & non redimitur: hoc verò redemto, extinguitur etiam jus Patrui, & nihil præcipui habet præ filiâ primi emtoris: verùm quid ad hanc responsionem regeri possit, patet ex superius dictis.

III. Urgent etiam nonnulli textum Juris Saxonici: Lehn Recht. *cap. 5.* Wird einem Manne ein Gut geliehen/ auf seine Treue / so daß er es wieder aufläst/ (wenn es sein Herr wieder lösen möchte zu bescheidener Zeit) das Gut mag der Herr lösen/ wenn er will/ stirbet auch der Mann ohne Lehns-Erben/ das Gut wird dem Herrn ledig / und der Herr ist nicht pflichtig zu geben jenes Erben die Lösung des Gutes. *Resp. Nihil ibi de prezio dicitur, quo feudum esset emtum à domino sub pacto retrovenditionis, sed dominus feudum ex gratiâ (uti initio feudi natura se habuit) concessit feudum sub lege reluitionis.*

Examinatis ita utriusque sententiæ rationibus patet, ejusmodi controversias non semper eodem decidi posse modo, sed ex ipso contractu & investiturâ voluntatem & intentionem contrahentium esse colligendam. Vid. hâc de re latius Carpz. heredibus feudalibus pretium addicens. *respons. 31. lib. 5.* Richter. heredum allodialium partes sustinens. *ad l. 2. C. de pact. int. emt. & vendit. num. 126. & seqq.*

III.

Etiamsi ratione feudi controversi, transactione initâ, alteri litigantium ac feudum ad se pertinere asserentium pecunia solvatur, tamen hæc pro feudo non habenda, quia pecuniam accipiens feudū cessit, & transigendo quasi vendidit. Add. Paul. Wehner. *Consil. Francon. 83. num. 12.* Henning. Gœden. *Cons. 83. num. 22. & seqq. Conf. Cons. 84. num. 29.* Ita

29. Ita in Scabin. Hallensi A. H. zu Eisleben / Mens. Jun. An. 1589. responsum: Haben die Grafen Gebhard und Christoph zu Mansfeld ihren Renthmeister Johann Gonicken mit Wilhelms Hansen Schützen zu Hedersleben Lehengüter auff den Todes-Fall beliehen / und aber gemeldten Schützen Vettere / als er vor wenig Jahren Todes verblichen / gleicher gestalt ihre Belehnung und investituras vorgeleget und produciret / und also keiner den andern nicht weichen wollen / aber doch von den Fürstl. Magdeburgischen Herren Räthen endlichen dahin verglichen und beygeleget worden / daß die Schützen Gevettere Johann Bonicken / vor sein Recht und Anforderung 1000. Gülden uff gewisse Maß und in dem Abschiede gesatzte Termin versprochen / Wann nun gleich von wegen des streitigen Lehnsfolge 8000. Gülden von den Schützen erleget worden / So seynd sie doch vor Lehen nicht zu achten / sondern werden von Hansen Bonicken Sohn und beyde Töchter billich / als Erbe zugleich billich getheilet / V. R. W.

IV.

Solus Princeps rem allodialem in feudum mutare ac oneribus allodio aliàs cohærentibus eximere potest. Vid. Dn. Joh. Fried. Rhetius *comm. in jus feud. com. ad lib. 1. tit. 1. num. 33. & seqq.* unde si pecunia etiam oneribus sit obnoxia, isti qualitas feudalis nonnisi à Principe conferri poterit.

V.

In Ducatu Pomeraniæ ex speciali Constitutione pecunia ex feudo redacta qualitatem retinet feudalem. *Tit. 2. concluf. 6. verb.* Daß solches Geld Lehen verbleiben / und Lehns-Art und Eigenschafft behalten solte: adeò ut vasallo

sallo non magis de hac pecunia, quam de alio feudo disponere indulgeatur. *d. tit. concl. 10.* Dn. Rhet. *d. comm. ad lib. 1. tit. 8. num. 41.*

VI.

De feudo conditionato (quod Germ. vocatur, **Ein Satz-Lehen / ein gesetztes und bedingtes Lehen**) agitur *2. feud. 2. §. ult. verb. vel si dicatur feudum sub tali conditione dedisse, ut vasallus in festivis diebus vadat cum uxore suâ ad Ecclesiam.* Add. Wurmser. *tract. de feud. propr. & impropr.* Las. *tract. de feud. degener.* Joh. Hering. *Mantiss. de Jur. Burgor. cap. 1. num. 699.* Erasm. à Chokier. *tract. de advoc. feudal. quæst. 15.*

VII.

Curtis est diminutivum à Curia, quâ significatur villa, seu manerium cum mansu *c. IX. verb. Curiam suam* (h.e. fundum) *pignori obligasset. & sent. & re judic.* Vid. Frodoard. in Chron. ad Ann. DCCCCXXVII. verbis: *Quidam Presbyter de Bononis Curte sic enim villa vocatur.* Et Adamus Bremensis *lib. 4. cap. 5. verb. Quinquaginta ergo Cortes dominicales habuit Archiepiscopus, ex quibus valde maxima unius mensis persolvit servitium, cæterum Ambergum minorem XIV. dierum.*

IIX.

Advocatia multum differt à Jure Patronatus, quippe quod strictius est, ac in jure præsentandi Pastores Ecclesiæ potissimum consistit, quod Advocato non competit. Vid. Erasmus à Chokier. *d. tract. de advocatiis feudalibus. quæst. 3.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76905658X/phys_0044
DFG

OBSERVATIONES FEUDALES

I.

ARchiepiscopi & Episcopi, Augustanæ Confessioni addicti, Pontificis, quippe quem pro capite Ecclesiæ non habuerunt, confirmationem non petierunt. Unde etiam Pontificii eos pro veris Episcopis agnoscere noluerunt. Vid. Wintzler. *tract. de Episcop. German. thes. 24.* Quæ controversia sopita est per Instrumentum Pacis *art. V. §. 6. verb.* Welche von der Augspurgischen Confession Verwandten zu Ertzbischoffen/Bischoffen oder Prælaten erwehlet oder postuliret werden/ sollen von der Römischen Keys. Majest. nachdem sie innerhalb Jahres dero Wahl oder Postulation beglaubten Schein einbringen/ auch die bey solchen Regal-Lehn gewöhnliche Pflichte leisten/und ausser einigen Einrede investiret werden/und über die Summ des gewöhnlichen Taxes/ferners nach dessen Helfft für die Belehnung reichen eben dieselben/ oder bey vacirender Stelle/die Capitul und die jenige/ welchen die Verwaltung mit denselben zugleich gebühret/ sollen so wohl auff allgemeine als absonderliche Deputations- Visitations- Revisions- und andere Convent, dem Gebrauch nach/schrifftlich beruffen werden/ und ihre Stimme führen/allermassen ein ieglicher Stand vor dem Reli-

gions-Streit derselben Gerechtigkeit fähig gewesen/ꝛc. Wegen Titulirung der Geistlichen Fürsten Augspurgischer Confession, ists dahin verglichen/ daß sie/ iedoch ohne Nachtheil Standes und Dignität/ den Titul der Gewehlten und Postulirten zum Ertzbischoff/ Bischoff/ Apt und Probst führen mögen/ꝛc. Add. *d. art. V. §. 3. verb.* Biß daß über den Religion-Streit/ durch Göttlichen Beystand eine Vergleichung getroffen werde/ꝛc. Cæterum hodie, quoad Archiepiscopatus & Episcopatus, hujus dispositionis, mortuo jam Reverendiss. & Serenissimo Dn. Augusto, Administratore Archiepiscopatus Magdeburg. & hoc Archiepiscopatu & aliis Archi- ac Episcopatibus in secularem statum reductis, non est usus. Vid. d. Instrum. Pac. *art. X. §.* Was auch. *verb.* Den gantzen Bistum und sämtlich Capitul zu Cammin/ꝛc. §. Für das Dritte/ *verb.* Das Ertzbistum Brehmen und Bistum Verden. ꝛc. *Art. XI. verb.* Das Bistum Halberstadt/ꝛc. & *d. art. X. §.* Gleicher weise/ꝛc. *verb.* Die Anwartschafft des Ertzstiffts Magdeburg/ꝛc. Add. Joh. Frieder. Rhetii *eleg. Disput. de Secularisatione.*

II.

Inter Ecclesiasticas personas post Pontificem eminent Cardinales, Consiliarii quippe Papæ & Ecclesiæ. *c. fundamenta. de Elect. in VI.* de quibus lege sis Onuphr. Panvin. *de origine Cardinalatus.* Chassan. *in Catal. glor. mund. Part. 4. consid. 16.* Limn. *ad Capit. Carol. V. proœm. verb.* Des Titels *S. Chrysogoni Cardinalis. & n. 56. 289. cum seqq.* Reinking. *de R. S. & S. lib. 1. class. 4. c. 3. num. 28.* Augustin. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 4.* Sprenger. *Jur. Publ. pag. 293.* Speidel. *verb. Cardinal.* Freinshem. *tr. de Cardinal.* Theatr. Europ. *tom. 2. p. 318.* Summæ etiam digni-

dignitatis sunt Patriarchæ, qui olim Cardinalibus præferebantur, quod hodie non obtinere tradit Augustin. Barbos. *d. tract. lib. 1. cap. 6. ubi pluribus de Patriarchis ut & primatibus agitur.* Add. Matthias Ugonius *de Patriarchali præstantia.* Sprenger. *J. Publ. pag. 285. & in nov. Rom. lib. 4. c. fin.* Cruc. *de præcedent. lib. 2. cap. 2.* Besold. *Thes. Pract. voc. Patriarch.*

III.

Diversæ sunt sententiæ, quando res Ecclesiastica dicatur solita in feudum dari. Alii (1.) requirunt tempus, cujus initii memoria non exstat, *gloss. in text. cap. 1. princ. verb. feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, si antiquitus consvetudo eorum fuerit feudum d. c. 1. feud. 1. junct. text. in pr. 1. feud. 6. ubi verbum antiquitus repetitur.*

Alii (2.) requirunt tempus 30. annorum *arg. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Alii (3.) requirunt spatium annorum quadraginta, quoniam ad præscribendas res Ecclesiasticas idem tempus exigitur. *auth. quas actiones. C. de Sacros. Eccles. Nov. 131. cap. 6. Zas. de feud. part. 5. num. 52.*

Alii (4.) distingvunt: aut talis consvetudo feudum dandi damnosa est Ecclesiæ, & dicunt requiri tempus immemoriale; *arg. c. 1. de præscript. VI.* aut Ecclesiæ utilis est, & triginta annos putant sufficere, quasi ad introducendam consvetudinem; aut non constat an sit utilis vel damnosa, & quadraginta annos requirunt: quot anni aliàs in præscriptione rerum Ecclesiasticarum exiguntur. Bald. *in d. c. 1. n. 8.*

Alii (5.) decem annos sufficere existimant. *arg. l. ult C. de emanc. liber.*

Alii (6.) distingvnt: utrum ab initio res Ecclesiastica in feudum data sit absque juris solennibus, & requirunt tempus hominum memoriã excedens. *arg. c. 1. de præscr. VI.* An verò ab initiò data sit adhibitis solennibus, & tunc absque ullo temporis cursu rem dici solitam in feudum dari statuunt, ac proinde si ad Ecclesias revertatur, Prælatum eam liberè, si viderit expedire, in feudum dare posse. *arg. c. 2. de feud.* Curt. Jun. *de feud. part. 2. poster. n. 7.* Conf. Schrader. *de feud. part. 4. c. 2. n. 25.*

In tanto opinionum conflictu nos (7.) rem, jure certo haud decisam, prudentis judicis arbitrio relinquimus. *arg. l. 1. de jur. delib. l. 1. de effractor.* Add. Menoch. *de arbitrar. judic. quæstion. cas. 81. n. 5.*

IV.

Similiter controvertitur: quot requirantur actus ut dici possit, rem in feudum dari solutam esse. *arg. l. 3. C. de episcopal. audient.* Multi duos actus exigunt Jacobin. *in verf. in feudum. n. 37.* Zas. *de feud. part. 5. n. 22.* Quidam unum actum solennem sufficere defendunt. *arg. c. 2. de feud.* Curt. Jun. *in 2. part. feudor. q. 3.* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 4. c. 2. num. 25.*

Sanè si semel fuerit in feudum res data solenniter, non videtur dubitandum, quin Prælatus Ecclesiæ possit rem, ad Ecclesiam reversam, in feudum denuo dare, si viderit expedire. *d. text. c. 2. de feud.* Quamvis enim Pontifex *ibi* non expressè constituat, unum actum sufficere, tamen cum plurium non faciat mentionem, & potissimùm utilitatem Ecclesiæ respiciat, non alia ejus videtur mens fuisse. Si verò non constet primum actum solennem fuisse, tempus XL. annorum defectum supplebit.

V. Aviæ

V.

Aviæ matrive etiam ratione bonorum feudalium tutorem deferri statuit cum alleg. Ludov. Schrader. *tract. feudal. part. 10. sect. 19. n. 25.* Quamvis in bonis feudalibus non succedant cum non propter hereditatem, sed respectu affectionis singularis, ad tutelam admittantur. Sic in Constitutione Politica Ducũ Megapolensium expresse decidi-tur, quod mater etiam ratione bonorum feudalium tutrix esse possit. Schrader. *d. l. num. 27.* Et ex historiis liquet, quod etiam matres Regum, Ducum, Marchionum, Comitum sæpissime illorum tutelam susceperint & administraverint. Tiraquell. *in tract. de primogenit. qu. 40. n. 299.* Ac in Camera ita pronunciatum esse attestatur Raphael Seiler *in sentent. Cameral. An. 1570.* Frid. Fabricius *in Corp. Jur. Cameral. tit. 25.* E contrario vero annotat Adam Volckmann. *in art. Notariat. part. 4. cap. 31. num. 22.* sententiam Scabinorum Lipsiensium, quâ mater inhabilis tutrix quoad bona feudalia declaratur. Idem tradit Heig. *part. 1. q. 13. n. 40.* Carpz. *p. 2. Const. 11. def. 11. n. 14. & 17.* Cæterum quæ sint observanda tutori circa renovationem investituræ in bonis feudalibus habetur in der Fürstl. Goth. Vormundschafts-Ordn. *t. 13.* Erstlich/ So Mündlein Lehen besitzen/ oder Theil an gebrochener gesamter Hand haben/ lieget denen Vormündern ob/ dieselbe auf alle Fälle zu rechter Zeit zu muhten / auch immittels an der Ohnmündigen statt / die Lehenpflicht zu erstatten. 2. Da Unmündige blosse Anwartung haben / ist solcher nicht ehe Folge zu thun/ denn wenn sich zuträget / daß sie den Anfall des Lehenguts erlangen/ alsdenn seynd die Vormündere innerhalb Jahres und Tages die Belehnung zu suchen schuldig. 3. Verabseumeten die Vormün-

dere eine Lehensmuhtung oder Folge / so sollen die Unmündige deshalben / wenn sie nur selbst nach ihrer Lehens-Mündigkeit innerhalb rechtmäßiger Zeit ihre Schuldigkeit hierunter verrichten / an dem Lehen und gesamten Hand zwar ungefähret seyn / die Vormündere aber hingegen mit Bestraffung angesehen werden.

VI.

Tutores & Curatores Ducum & Comitum filiis etiam testamento rectè constitui, experientia docet. Verum ardua est quæstio: *Num etiam Elector in testamento filio suo prospicere possit de Tutore*; Affirmantes innituntur regulæ juris civilis, quod testamentariam tutelam ubique legitimæ præfert, cum per dispositionem paternam melius prospici censeatur liberis, quàm per Legem. Et quamvis obstare videatur textus in *Aurea Bulla Carol. IV. c. 7.* ubi Agnatus simpliciter dicitur esse Tutor Principis, Impuberis seu Juvenis Electoratus heredis; Non tamen præsumendum videtur, quod Imperator per illam juri Electorum Parentum, quod comuni jure habent, derogare voluerit, præsertim cum in favorem Electorum Aurea Bulla introducta sit, non in odium; neque reperiatur testamentaria tutela Principibus Electoribus ullis in verbis ademta; Ut potius dicendum sit, Aureæ Bullæ dispositionem locum habere in casu, ubi nullum testamentum factum est; interim verò maneat salvum jus commune; cùm correctionis quoad illud non fiat mentio, nec facilè sint correctiones, si de iis apertè non constet. Neque sequitur: Verba Aur. Bullæ sunt generalia, generaliter ergò accipienda sunt; Aliàs fieret, ut verba LXII. tabb. quæ etiam generaliter Agnato tutelam deferunt, pro exclusivis velint haberi, cùm tamen constet, iis nihil obstantibus testamentariam tutelam legitimæ præferri. Neque existimandum est, Carol. IV. in *d. c.* præter jus commune nihil novi constituisse, si in casum deficientis demum testamentariæ locus detur tutelæ legitimæ; Nam Seniorem *tantùm* vocari ad tutelam satis novum est, atque à jure civili, quod pari gradu agnatos simul admittit vid. *§. fin. Inst. de capit. dimin.* discrepat. Hanc sententiam defendunt Bachov. *ad Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 3. lit. I.*

Rie-

Riemer. *decad. 3. q. 2.* Dionyſ. Gothofred. *tract. d. tutel. Electoralibus Teſtamentariis legitimas excludentibus.* Marquard. Treher. *d. tutel. teſtament. cap. 6. per tot.* Eckold. *ad ff. de teſtament. tutel. §. 1.* Quod autem ſupra adductis rationibus non attentis Poteſtas dandi tutorem Impuberi in Electoratu ſucceſſori per Aur. Bull. ſit reſtricta, inque eo jura civilia limitata, & adempta convincitur ex eo, quòd laudatiſſimus Imperator Carol. V. per illud ipſum Capitulum *7. A. B.* à jure antiquo maximum fecerit receſſum, id quod ſcopus Imperatoris in eodem capite patefacit, utpote qui ſtatim in principio apertè fatetur, ſe velle circa ſucceſſionem & tutelam Electoralem omnem obſcuritatem tollere, ne inter Electorum filios futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari, & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri. Sed quomodo quæſo major diſſenſio oriri poſſet, quàm ſi proximo adgnato excluſo, extraneus ad tutelam admitteretur? Mens ergo fuit Caroli ab antiquis regulis in hac illuſtri cauſa abire & certam eamque ſolam determinare tutelam: ne Reipubl. adminiſtratio ſuſpendatur. Tutela quippe Electoralis eſt res nō ſolùm concernens Electorem, ſed &, magis ac alii Ducatûs, univerſum ſpectans Imper. cùm Tutor & Adminiſtrator Electoratus vicem obtineat Electoris. Quemadmodum ergò Teſtamento non alius Elector, ita nec alius eidem Vicarius conſtitui poteſt, præter eum, qui ab ipſo Imperatore, omnibusque Imperii Statibus, quos omnes hoc negotium tangit. jam lege lata conſtitutus eſt, Rumelin. *ad Aur. Bull. diſſert. 7. th. 3.* ſeu, uti ſucceſſio Electoralis non eſt in arbitrio & diſpoſitione Electoris, ita nec tutela in diſpoſitione ac arbitrio ejus erit: ſiquidem officia Electoralia obit Tutor Electoralis, iisdemque dignitatibus & præeminentiis gaudet, quibus ipſe Elector fruitur. Myler. *ad Rum. d. l. lit. A.* Et hunc intellectum A. B. ſecuta eſt obſervantia interpretativa; Sic conſtat, quòd *Ludovici IV.* Electoris Palatini frater *Fridericus* contra teſtamenti diſpoſitionem ejus filii *Philippi* tutelam anno 1449. adminiſtraverit. Item mortuo *Ludovico IV.* Electore anno 1583. *Johann. Caſimirus* ejus frater non attenta diſpoſitione teſtamentaria tutelam defuncti *Friderici* Electoris ſuſceperit. vid. Kurtzem Bericht. Daß die Vormundſchafft und Adminiſtration der Chur-Pfaltz einig

und

und allein dem D. H. F. U. H. H. Philips Ludwigen ꝛc. als dem ältesten und nechsten Agnaten zuständig/ und durch keinerley Testamentliche oder andere Ordnung benommen ꝛc. Et si forsitan in contrarium exempla allegentur, nihil contra tenorem Bullæ ejusque germanam interpretationem facient, cum vel Senior agnatus in testamentariam dispositionem consenserit suoque juri cesserit, vel decreto Cæsareo ad publicam quietem servandam fuerit confirmata. Neque absurdum est liberrimam alias Tutoris nominationem per legem positivam Parentibus adimi, & ad certam personam restringi, idque ex causa publica; Magistratus enim publicus utiq; potest certam facere determinationem, modò moralem in se non contineat turpitudinem tam verò provisio legis non vult Parentes non posse in testamento tutores dare, liberosque debere manere indefensos, sed liberis omninò prospicit de certa persona Petr. Heig. *p. 1. q. 23. num. 13.* Dicendum itaque est A. B. anno 1356. d. 9. Jan. in Comitiis Norinbergens. promulgatæ Tit. VII. & Bullæ Sigismundi Aquisgrani, an. 1414. d. 8. Nov. evulgatæ verba expresse prohibere tutelam Electoralem testamentariam, neque illi si de facto fiat, sed Legitimæ locum esse; Quam sententiam amplectuntur Zach. Friedenreich *tract. de tutel. & administrat. Electorali Palat.* Ortolph. Foman. *disp. 5. qu. 2.* Buxtorff. *ad A. B. th. 86. lit. R.* Arumæus *in discurs. Academ. vol. 1. disc. 19.* Hœn. *disp. comm. jur civil. 3. q. 6.* Harprecht. *disp. Inst. 7. th. 8. part. 1.* Arnold. Engelbrecht. *disq. d. jur. imper. th. 141.* Nicol. Reusner. *consil. 11. num. 9.* Wurmser. *in exerc. jur. publ. 2. concl. 16. Quid autem, si proximior Agnatus tempore delatæ tutelæ sit inhabilis?* Et tunc proximiori agnato esse deferendã existimamus, *l. ult. C. d. legit. tutel.* Hoc tamen in casu, tanquam re gravissima, omnes circumstantias competenti judici deferri æqvum est; Ubi accidere potest, ut non obstante A. B. dispositione alii, quàm proximo Agnato deferatur tutela, maximè si utilitas imperii hoc suadeat: Salus enim Imperii suprema lex est, cui inferiores omnes, meritò cedunt & subjiciuntur vid. Herm. Kirchner. *de Republ. disp. 6. th. 4.*

Ob-

OBSERVATIONES FEUDALES

I.

ELectores, Principes & Comites Imperii Jus civitatem condendi, donandique villam vel pagum privilegio civitatis sibi vendicant. Vid. And. Knichen. *encyclop. cap. 1. num. 211. & seqq.* Matth. Stephan. *discurs. Academ 9. vol 1. fol. 80.* Balhtas. Conrad. Zahn. *Ichnograph. municipal. cap. 2. num. 5.* Dissent. Thom. Michaël. *Jurisdict. concl. 12. lit. c.* Besold. *thesaur. practic. lit. S.* Joh. Jac. Speidel. *Specul. var. histor. Juridic. Pol. observ. lit. 5. n. 213. vers. notandum.*

II.

Jus Civitatis non importat, uti loquuntur, merum & mixtum imperium. Vid. Besold. *de Jur. Universit. fol. 256.*

III.

Pertinet etiam ad Jurisdictionem Ecclesiasticam, vi regalium ac superioritatis territorialis competentem, Jus absolvendi ex justâ ratione à juramento. Reink. *de regim. sec. & Eccles. 3. class. 1. c. 10. n. 56.* Jure quidem civili hæc res judicibus secularibus submissa fuit. *l. fin. pr. ad municip. l. 6. in fin. de Jur. patron. l. 1. §. 1. C. qui milit. poss. l. fin. de re militar.* Jac. van der Græf. *in repetit. l. non dubito. d. capt. & postl. rev. cap. 21.*

IV.

Salvi Conductûs & securitatis tum universalis tum particularis jura itidem inter regalia recensentur: & inde Principem obligari dicunt ad resarcienda damna per prædones intra territorium illata. Vid. latè Jacob. van der Græf. *d. l. c. 26.*

V.

Inter regalia locum obtinere quidam FODRUM s. Jus Fodri volunt. Et Güntherus ait:

Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ.
cumq; molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoque quod FODRUM vulgari nomine dicunt.

Fodrum autem est pabulum, fœnum frumentum, ad alendum exercitum necessarium, ac præcipuè alendis equis inserviens. Comprehenditur sub *extraordinariâ collatione. II. f. 56.* Fit ejus mentio in jure civili. *l. 27. §. 3. vers. ergo de usufr.* Huic juri proximum est *Jus Avergariæ* s. Herbergeriæ h. e. hospitaturæ vel hospitandi, quod nimirum Princeps eumve comitantes hospitio recipiendi sint. Jacob. van der Græf. *d. l. c. 35. in fin.*

VI.

Inter Regalia ab Impp. Sereniſſimis Electoribus Palatinis à multis annis concessa, etiam refertur jus propriorũ hominum **der Wildfänge**/ It. jus in bona cœlibum **der Hagestelzen.** It. jus in spurios **die Bastarten**/ eorumque hereditatem. **Churpfältz. Landes-Ordn.** *tit. 8.* It. **ChurBeyer. Ober-Pfältz. LandesOrdn.** tit. 17. It. **Landrecht** *p. 3. tit. 1. in fin.* Wildfangios à Germanico **Wildfangen**/dictos esse, non dubium est. Ratio tamen denominationis, haud omnibus obvia. De illâ ita Autor de-

defensionis juris Regalis Palatini in homines proprios: c. 2. §. 2. scribit. *Novitiorum id hominum proprium sive* VVild-fangiorum *genus, ideò nomen à Germanico* WILD *accepit, quod, quo Palatino se homo ille submittit tremore, Domino & certà societate civili careat, nec ullius civitatis juribꝰ obstrictus sit, Germanis res incertæ curæ dominiiq; frequenter* Wild *appellantibus. Quod exemplo arborum, fruticum, fructuum q. aliarumq; rerum manifestum est. A capiendo autem dicuntur* Wildfange/ *non quod ferarum in morem inviti in casses pertrahantur. Nihil enim hic violenti, sed quod suâ sponte venientes, in loca, ubi S. E. Palatino homines proprios acquirendi jus est, fixâ ibi fortunarum sede, nec anni spatio à Domino quopiam vindicati, in censum Palatinatus propriorum hominum, inque clientelam Electoris recipiuntur, præstitis paucis ab antiquo præstari solitis. Res voce longè blandior & novis illis hominibus adeò grata, ut loca, quibus id juris exerceturcrebriori exterorum accursu, insignia & cæteris majora incrementa capiant.*

VII.

Cum de Insulis in mari natis singularis exstet hisce in terris observantia: ideoque eam ex variis collectis testimoniis subnectere lubet:

Extract aus dem Fürstlichen Amte Jena/ An. 1646. ergangenen Actis, die Insul zwischen Maue und Rothenstein/ so den Amtsfischern gegen Entrichtung 2. Gülden eingeräumet worden/ betreffend.

VOn Gottes Gnaden Wilhelm Herzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg ꝛc. Lieber Getreuer Wir haben deinen untertähnigen Bericht / unsere

Ambtsfischere zu Maue betreffende verlesen hören. Dieweiln dann aus solchen befindlich/ daß vor vielen Jahren der Saalenstrohm in unserm Erbfischwasser zubesagten Maue eine Insul oder Gries durch Hinwegreiß- und Führung eines Flecklein Wiesenwachs/ der Gemeinde zum Rothenstein gehörig/ so der Schulthes seines Ambtshalben daselbst zugebrauchen gehabt/ gemacht/ welcher zubesagten unserm Erbfischwasser/ weil solches sehr geringe/ geschlagen/ Johann Friederich Heidenreichen/ Hansen Prachten/ Hanß Georg Hönnigern und Bauern zu mehrbesagten Maue vermiethet/ auch in unserm Ambt Jena es also bißhero gehalten/ daß wenn das Wasser dem Grieß/ oder Insul dermassen beschlossen/ daß man nicht truckenes Fusses darauf gehen können/ selbige demjenigen welchen das Wasser zustehet/ zu Nutzen gelassen worden. Als bleibet es billich darbey. Und ist hiermit unser Begehren/ du wollest obbemelte Gemeinde oder vielmehr den Schultheissen zum Rothenstein mit ihrer Prætension gestalten Sachen nach abweisen. An deme geschicht ꝛc. Weymar den 2. Jan. 1647.

Extract aus des Schössers zu Jena/ Martin Zschezschings/ untertähnigen Bericht/ de dato Jena den 11. Jul. 1601.

BErichte/ daß vor Jahren an diesen beyden Fischwassern jenseit Rothenstein oberhalb Maue durch Fachschlagen und einstecken der Fischer eine alluvio verursachet/ und von Jahr zu Jahren diesem Ufer zugeleget

get worden/ welches die Fischer mit Weiden bestecket/ und also ein Weidicht zu Bauen angefangen/ darauf Ihnen vom Amte und meinen Antecessorn, weil es ohne Mittel meinem gnädigen Fürsten und Herrn zuständig/ ein jährlichen Laaßzinß als 10. Groschen geschlagen worden/ denen die benanten Fischer und ihro Vorfahren von Jahren zu Jahren abgetragen.

Extract Schreibens Christoph Beyers an den Amtschreiber zu Jehna.

Als des Herr Gevatters Schreiben habe Ich soviel verstanden/ daß Er gerne wissen möchte/ wie lange Ich die in meinem Fischwasser gelegene Insul genutzet und gebrauchet/ und aus was ursachen ich solche hätte weggeben. So gebe ich ihme zur Nachrichtung/ daß niemandes auf diese Insul hat können kommen/ als ich/ da aber gleich Dürre Jahr angefallen. So hat der Herr Stadt-Richter von seiner Wiesen truckenes Fusses auf die Insul gehen können/ darwieder ich mich nicht legen können/ denn ich erinnere mich/ daß über Mannes gedenken alle Insulen in der Saalen/ welche das Wasser dermassen beschlossen/ daß man nicht truckenes Fusses darauf kommen können/ die Eigenthumsherrn der Wasser solche genutzet und gebrauchet. Dieweiln aber wie obengedachter Stadt-Richter truckenes Fusses darauf gehen können/ habe ich mich derselben weiter nicht angemasset. Geben den 12. Sept. 1648.

Testimonium der Amts-Fischer.

Demnach von uns sämtlichen Ambtsfischern zu Jena Zeugnüß und Nachrichtung/ wie lange die Insul unter der Brücken zu Jena/ welche das Wasser

vor vielen Jahren in der Fürstl. Herrschaft Fischwasser angeleget worden/auch wie lange solche Fischwasser von Ambtsfischern gebraucht/ und ob wir solche noch brauchen/oder ob sich solcher iemands anders angemasset/ Item warum und wenn solches geschehen/ und ob nicht an ganzen Saalstrohme gebräuchlich wehre daß wenn das Wasser eine Insul solchergestalt beschlossen/daß man mit truckenen Fusse nicht darauf kommen könte/ und ob sich der Eigenthumbsherr deren anzumassen nicht befugt; Hierauf wird von uns sämtlichen Ambtsfischern geantwortet/daß wir anders nicht sagen können/ haben es auch von unsern Vorfahren niemals anders gehöret/noch selbsten erfahren/denn daß wir sämtliche Fischer solche umbflossene Griese wo sie sich in der Mitten angeleget/ und in der Runde beschlossen/unsere Vorfahren/ wie auch wir nach Nothdurft gebraucht haben/und dermassen noch gebrauchen thun/ u. weiln man mit truckenen Fusse darauf gehen und koinen können/ haben sich etzliche/ so Gühter daran stossend haben/ angemasset und 2. Jahr continuiret/ welches wir anders mit guten Gewissen nicht von uns sagen können/ sonsten wissen wir nach Einfalt anders nicht zuberichten/ denn daß der umbflossene Grieß dem zuständig/ der Eigenthumbsherr und Besitzer des Wassers ist/Actum Jena am 13. Sept. 1648.

Literæ Paul Oettels an den Amtschreiber zu Jehna.

DEsselben beyde Schreiben habe Ich bey meiner gestrigen Anheimkunft empfangen und sein Begehren hieraus vernommen/gebe hierauf zur freundlichen Nachricht und soviel der Zeizische Vertrag de an. 1572.

ge-

gehalten/besaget/daß wo eine Insul mitten im Wasser und beyden mit solchen beschlossen/ sich dessen niemand/ denn derjenige/ so von seinem daran liegenden Stück Guht drucken en Fusses darauf kommen kan/anzumassen/ inzwischen aber ist die Nutznug der Fischer / und wird gestalten Sachen nach auch mit in ihren Pacht begriffen/auch des Abnutzes wegen eine Erhöherung getroffen. Dieses wird bey dem Hause Porstendorf und den benachbarten zu Cunitz und Golmsdorf also gehalten/welches dem Herrn ꝛc.

Confirmantur & Illustrantur hæc per testimonium Hans Knoths Schultheiß zu Rothenstein.

DAß soviel ihme wissend von ermeltem Grieß/ Er denselben nun bey 28. biß 29 Jahren gedächte/ welchen das Wasser in der Saale hergeführet/ als einstens eine starcke Eyßfarth gewesen/ sich das Eyß gestämmet von unten herauf und über 10. Nacht gestanden/ daß die Saale ganz Oelknitz und unten Rothenstein überschwemmet gehabt/ nach diesem aber unvermerket loßgebrochen/und das Wasser sich wieder gesetzet/da denn bey gefallenen Wasser man den Ansatz des Grieses sehen können / der sich darauf nach und nach vermehret/und zu solchem Stande/wie er ietzo ist/kommen/und weiln derselbe in Herr Trösters Fischwasser entstanden/hätte Er ihn auch in die possess genommen/ und sich dessen/ wie Herkommens/angemasset/dar wieder Ihme kein Mensch einige Einrede gethan/vielweniger der vorige Pfarrer Herr Magister Johann Fischer das geringste begehret/wohl wissend/daß weiln Er in der Saale gestanden/und Ihn das Wasser uf beeden

Sei-

Seiten überlauffen/ so/ daß Er trockenen Fusses nicht darzu gelangen können/ Ihme solcher keinesweges zuständig/ sondern dem Eigenthumbsherrn des Fischwassers zuüberlassen seye/ biß etwan das Wasser ein mahl zufalle/ und solchen an das trockene Land henge/ sodann es demjenigen/ daran Er sich hengte/ gehörete/ wie dergleichen Exempel an vielen Orthen so wohl in ihren als Mauischen Fluhr vorhanden/ denn als vor vielen Jahren in der Saal sich ein solcher Grieß zwischen Maue und Rothenstein angeleget/ haben ihn die Fischer/ so das Fürstl. Herrschaftswasser gepachtet/ in Besitz genommen/ und ist von Fürstl. Herrschaft ihnen ein Zinß darauf geleget worden/ ob nun wohl damals die Saal der Gemeinde Rothenstein zwey Ackerwiese abgerissen und dahin geführet/ und die Gemeinde Rothenstein sich also dieses Grieses anmassen wollen/ wehre es Ihnen doch nicht verstattet worden/ sondern denen Fischern/ so das Wasser gehabt/ verblieben/ biß endlich sich solcher Grieß an einer Seiten gegen den Mauischen Wehricht gewendet/ und sich an das trockene geleget sodann sie nochmals Ansuchung darumb getahn/ allein es hätte die Gemeinde nichts erhalten/ u. wehre solcher Grieß sodann/ als er sich an das Mauische und trockene geleget/ denen Mauischen überlassen worden/ und würden die dißfals in dieser Sache ergangene Acta, so in dem Fürstl. Ambte vorhanden seyn würden/ solches alles klärer besagen. Idem deposuit Hans Teutzscher GerichtsSchöppe/ und Melchior Peter daselbst.

Juxta quas & similes attestationes sententiam in Scabinatu pronunciavimus Mens. Mar. An. 1679.

Ob-

Observationes Feudales

I.

ARdua est controversia: si duobus pluribusve sit exspectativa in feudo concessa, quis conditione existente, feudo nimir. aperto, præferendus sit: In quâ quidem quæstione hoc expeditum est, quod si neuter possessionem illius feudi nactus fuerit, regulariter potior sit habendus is, qui primus exspectantiam impetraverit. Juxta quam doctrinam nomine Illustrissimi Principis P. sententiam in magni momenti causâ Facultas nostra Juridica Mens. Januar. A. 1618. concepit his verbis: In streitigen Belehnungs-Sachen Peter Somnitzen Hauptmanns zu Neuen Stettin und Consorten der sämtlichen Somnitze zu Beuersdorff/ Grumbsdorff und Sorgau Erbsassen/ als Lorentz Somnitzen S. Erben/ und Lehnsfolgere/ Klägere an einem/ und Niclaus Butkammer/ Hauptmanns uf Bütau und Trebtin Erbsassen/ Beklagten/ anders Theils/ die Prælation zu dem verledigten Dorff und Lehnguth Wundeschein/ darzu beede Partheyen unterschiedliche Begnadung- und Anwartungs-Verschreibungen erlanget/ betreffend/ erkennen v. G. Gn. wir Philipp. ꝛc. (tot. tit.) nach eingeholten Rath der Rechtsverständigen v. R. aus denen in dieser Sache ergangenen Acten/ rechtlichen Gesetzen und allerseits Vor- und Einbringung

gung nach fleissiger Verlesung und Erwegung so viel erscheinet/daß Anfangs Klägere ihre Person zur gnüge legitimiret/ auch die von ihnen eingebrachte und loco summarii libelli wiederholte Supplication nach Beschaffenheit dieser Sachen Beklagten Widerfechtens ungehindert beständig. Nechst deme sind Klägere/wegen der von dem weiland Hochgebohrnen Fürsten/ unsern in Gott ruhenden Herrn Vettern und Vorfahren/Herrn Bormin dem Eltern/Hertzogen zu Stetin Pommern/ K. Christmildesten Andenckens / Lorentz Somnitzen/ Land Rentmeistern seel. und seinen Lehens-Erben ertheilter Begnadigung und Angefals Verschreibung de dato 8. Decemb. Anno 1566. beklagten Butkammer/ als welcher lang hernach den 7. April. an. 1600. von Hertzog Bormin dem Jüngern / unsers auch geliebten Herrn Vettern und Vorfahren/hochseliger Gedächtnüß ebenmäßige Anwartung erhalten / billich zu præferiren und vorzuziehen / und demnach die Klägern eher beschehene Angefals-Verschreibung aller derer von Beklagten darwieder eingeworffenen exceptionen vielfeltigen Widerfechtens und Einwendens ungeachtet / zu confirmiren und zu bestetigen/ werden auch ferner und nach Befriedigung Claus Wundenscheins hinterbliebenen Wittiben gesuchter Forderung Klägere nicht unbillich investiret/und in wircklichen possess eingesetzt/die beederseits aufgelauffene Gerichts- und andere expensen aber/ aus beweglichen Ursachen gegen einander compensiret und verglichen/ V.R.W.

II.

De illo verò inter se contendunt juris interpretes: Si is, qui posteriori tempore exspectativam à Principe impetravit,

travit, prius possessionem fuerit nactus, an hic jus potiùs habeat. Sanè Andreas Gailius primam Principis concessionem nihilominus prævalere defendit *lib.2. obs.55. num.1. & seqq.* eò quod (1.) Principis concessio s.donatio posteriori prævaleat, per text. *in l. prædia.5. C.de locat.prædior. civil. XI.* Et (2.) causam habens à Principe à nemine molestari, sed perpetuò tutus esse debeat. *l. omnes. & l.bene à Zenone C.de quadriem.præscript.* (3.) quod in secundâ concessione præsumatur circumventus Princeps importunitate impetrantis, vel eum priorem concessionem oblivioni tradidisse: adeò ut contraria probatio non admittatur. *per text. in l. si qua loca. C. d. fund. & saltib. rei domin. XI. d. l. prædia.* (4.) quod in Principe constans voluntas esse debeat, ac conveniat Principi, ut sit immobilis sicut lapis angularis & Polus in cœlo: *uti loquitur Bald. Cons.327. n.4. vol.1.* Quæ sententia in Consiliis Argentoratensibus approbata legitur *vol.2. cons.80.* Alii distingvunt, utrum Princeps concedat aliquid per viam contractûs, an verò per viam peculiaris gratiæ: & hoc posteriori casu subscribunt sententiæ jam relatæ: priori verò possessorem esse præferendum dicunt. Rectior utique est sententia Hartmanni Pistoris, *l.2. quæst. 29. num.22.* quod regulariter in feudo, cujus exspectativa à Principe concessa, præferendus sit is, qui prius possessionem est nactus. *per l. quoties. C. de rei vindic.* Vid. And. Clud. *rer. quotid. cap.1. num.32. ubi plures allegat.* Magis enim verisimile est, quod Princeps juris communis regulas sequi, quàm iisdem derogare, & absolutâ potestate uti voluerit. *arg. l. ex facto. pr. d. vulg. & pup. substit.* Existimandum igitur erit, Principem solâ concessione possessionem sine traditione minimè transferre voluisse, & frustra hîc de potentia principis laboramus, cum ad quemvis actum expedien

diendum non solùm potentia, sed & voluntas requiratur. *c. cùm super. d. offic. deleg.* Si tamen Princeps in concessione feudi verbis ejusmodi usus fuisset, ex quibus appareret, eum à juris communis regulis recedere, & primo impetranti prærogativam etiamsi alter possessionem occupaverit, concedere voluisse, iste primus, meritò anteferendus erit. Debent igitur illi cauti esse, monente jam laudato Hartmannno Pistore, *d. l. n. 26.* qui ejusmodi investituras impetrant, ut semper curent, investituris inseri ejusmodi clausulas, ex quibus voluntas ista Principis colligi possit. Tradit tamen Rosenth. *cap. 6. concl. 9. lit. K.* possessorem præferri, etiamsi dominus tradendo possessionem secundo dixerit: *Salvo jure prioris.* Add. Peregrin. *d. Jur. fisc. lib. 1. tit. ult. n. 48. & seqq.* Schrader. *de feud. part. 5. cap. 2. num. 10. qui limitationem aliquam adjicit.* Putat quidem Cyprian. Regnerus ab Oosterga dictam legem *quoties 15. C. de R. V.* ob quam possessor, secundùm regulam ante traditam, prævalet, omnino censura dignam esse, ac injustitiæ insimulandam, quia fides primo data primo servanda sit *l. 1. d. pact.* At fides primo ita servanda, ut alteri, qui bonâ fide jus potius consecutus est, non inferatur injuria: quod fieret, si huic feudum, quod possidet, auferreretur: nihil igitur absque hujus possessoris injuriâ aliud, quàm id, quod interest à concedente, & fidem non exactè servante, primus iste consequi potest. Deinde urget idem Cyprianus, quod in pignore prioritas temporis observetur *l. 12. in fin. l. 14. qui pot. in pign.* Sed facilis est responsio: alia namque est ratio in pignoris constitutione, in quâ primus & secundus, æquali jure aliàs fruentes, alter alterum nonnisi temporis prærogativa vincit.

III.

Non raro etiam contingit, ut, postquam unus possesso-

re

re feudi conſentiente, ſimul inveſtitus fuit, alius deinde de eodem feudo ſub conditione, ſi poſſeſſor ſine heredibus deceſſerit, inveſtiatur, & hic mortuo vaſallo poſſeſſore feudi poſſeſſionem occupet. Hinc igitur oritur lis, an hoc caſu ulterius propter poſſeſſionem, quam primò nactus eſt, præferendus ſit illi, qui prius ſimultaneè inveſtitus eſt. Videri quidem poſſet, ac ſi *d. l. quoties* etiam hoc caſu locum haberet. Verùm cum exſpectativa ſub hâc concedatur expreſsâ conditione, ſi feudum domino fuerit apertum: ſimultanea verò inveſtitura præcedens inveſtito facultatem ſuccedendi, imò & jus quoddam reale tribuat, ut feudum non poſſit dici apertum, quando ſimultaneè inveſtitus adeſt: Ideò huic poſſeſſio ab alio occupata nequit præjudicare. Vid. Hartm. Piſtor. *d. quæſt. 29. num. 32. & 35.*

IV.

Sed quidſi alius prius exſpectativam; alius poſtea ſimultaneam inveſtiturarum impetraverit, & neuter ſit in poſſeſſione, quis tunc præferendus erit. Aliàs in pactis & contractibus is præfertur, qui prius jus ad rem acquiſivit. Verùm cum ſimultanea inveſtitura plus quam jus ad rem tribuat, *vid. cap. IX. aphor. 16.* videtur, ſimultaneè inveſtitum præferendum eſſe, modò hic bonâ fide & non in fraudem alterius ſimultaneam inveſtituram impetraverit. Add. Jaſon. *in d. l. quoties. C. de R. V. n. 34.* Conf. *cap. IIX. aph. 9. n. 5.*

V.

Cæterum dominus, qui poſteriori inveſtito poſſeſſionem tradidit, priori aliud feudum, ejusdem æſtimationis tradere, vel intereſſe aut pretium ſolvere tenetur. *2. feud. 8.* Schurff. *cent. 1. conſ. 53.* Mynſing. *obſ. 61. n. 16. cent. 4.* Hartm. Piſtor. *l. 2. qu. 29. n. 3.* Schrader. *part. 5. cap. 2. n. 22.* Clud. *d. cap. 1. rer. quotid. n. 35.* ubi ſubjicit: *Quam difficile autem & plerumq;*

rumq; cum magno disgratiæ periculo conjunctum sit, ut æquivalens vel interesse à Domino impetretur & extorqueatur in vita communi versati sæpe deprehenderunt. Possessoris ergo conditionem longe meliorem esse, vel ex hoc satis patet.

VI.

Aliquando licet is, cui posteriori tempore exspectativa concessa, obtinuerit præ altero feudi possessionem, tamen hic, cui prius indulta expectativa restitutionem feudi per judicium petitorium impetrare potest. Vid. Frid. Pruckmann. *vol. 1. cons. 39.* Atque ita consulenti M.W. responsum Mens. Februar. An. 1620. ab Antecessoribus nostris: Hat Herr Heinrich Julius Postulirter Bischoff zu Halberstadt und Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg hochlöchl. Ged. euch uff etliche Morgen Lehnacker im Stifft Halberstadt gelegen/ An. 1609. laut überschickter Copey beanwartet/ und weil sich der Lehnsfall so bald nicht zugetragen/ sondern die Aecker erst vor 1½. Jahren erlediget/ indessen Ann. 1614. beym itzigen Landes-Fürsten/ dero F.B. von der noch beschehenen Begnadung damals keine Wissenschafft gehabt/ der Lehn-Secretarius B. uf eben solche Lehnstücke ein expectiv ausbracht/ und doch gewust/ daß ihr vorhero damit beanwartet worden. Da nun gleich die Fürstl. Herrn Räthe zu W. gedachten Lehn-Secretario uff vorgehenden ungleichen Bericht die Einweisung zuthun befohlen/ welcher auch zur possess kommen. Dennoch dieweil der Herr Bischoff zu Halberstadt Herr Christian/ desgleichen der Regierende Landes-Fürst Herr Friedrich Ulrich/ beyde Hertzoge zu Br. und Lüneb. starcke mandata de immittendo abgehen lassen/ darauf der Lehn-Secretarius B. depossessioniret/ und ihr die würckliche possess erlanget;

So

So seyd ihr in Erwegung dieser und andern obangezogenen Umstände / wann der Lehn-Secretarius wieder zu seinen vorigen Besitz citra causæ cognitionem durch ein Landes Fürstlich Mandat de immittendo käme: doch in petitorio ihm wegen oberwehnten Morgen vorzuziehen/und dabey zulassen. V.R.W. Simili modo pronunciatum est M. Octobr. d. ann. 1620. Uff übergebene delineationschrifft/ darauf erfolgte Confutation in Sachen R. von B. Kläger an ein/ B. von W. Beklagte am andern Theil/ erkeñen/ von Gottes Gn. wir Christian erwehlter Bischoff des Stiffts Minden/ Hertzog zu Br. und Lün. nach gehaltenen Rath der Rechtsgelahrten v.R. Daß Beklagte bey der possession der gerichtlich eingeräumten Lüneburgischen Lehengüter billig zulassen/ &c. Es ist aber den Kläger sein angezogenes Recht in petitorio gebürlich auszuüben unbenommen/ sondern hiermit vorbehalten. V. R. W.

VII.

Concedi etiam solent exspectativæ in præbendis seu beneficiis Ecclesiasticis: ubi itidem sæpius inter plures, qui ejusmodi exspectationes impetrarunt controversia oritur, quis alteri præferendus, cumprimis si Clausula *anteferri* &c. uni exspectativæ sit inserta. Vid. *c. autoritate. 7. d. concess. præb. in VI. c. quamvis. 38. d. præb. & dignit. in VI.* Erasm. à Chokier. *de prim. prec. sect. 5. §. 1. pag. 95.* Brunnem. *cons. 152. n. 5. & 166. n. 2.* Aug. Barbos. *d. claus. usu freq.* Enr. Phiring. *in d. text.* Quâ de re agetur *in observat. nostr. Canon.*

IIX.

Qui se suaque bona ultro dedunt potentioribus, vocantur *suscepti*, de quibus ita Salvianus *d. gubernat. Dei. lib. 5. Cum plerique eorum* (sc. tributariorum pauperum.) *agellos*

agellos ac tabernacula sua deserant, ut vim exactionis evadant: quomodo non, quæ compelluntur deserere vellent, sed secũ si possibilitas pateretur, auferrent? Ergo quia hoc non valent, quod fortè mallent, faciunt quod unum valent. Tradunt se ad tuendum protegendumq; majoribus, & deditios se divitum faciunt, & quasi in jus eorum ditionemq; transcendunt. Nec tamen grave hoc esse aut indignum arbitrarer, imò potiùs gratularer hanc potentum magnitudinem, quibus se pauperes dedunt, si patrocinia ista non venderent, si, quod se dicunt humiles defensare, humanitati tribuerent, non cupiditati. Illud grave, ac peracerbum est, quod hâc lege tueri pauperes videntur, ut spolient: hac lege defendunt miseros, ut miseriores faciant defendendo. Omnes enim hi, qui defendi videntur, defensoribus suis omnem ferè substantiam suam prius quàm defendantur, addicunt: ac sic, ut patres habeant defensionem, perdunt filii hereditatem. Tuitio parentum, menaicitate filiorum comparatur. Ecce quæ sunt auxilia ac patrocinia majorum. Nihil SUSCEPTIS tribuunt, sed sibi &c. Ad quæ verba notat Conradus Rittershusius JCtus: Nota *JUS CLIENTELÆ s. patrocinii tempore Salviani usitatum, quod tenuiores deditios sive susceptos à potentioribus redimere oportebat, omni ferè substantiâ suâ addictâ. Quod sanè miserum defensionis genus verè judicat scriptor noster, morum censor gravissimus.* Idem porro addit: *Susceptorum vocabulum duobus modis usurpatur: I. ut significet clientes advocatorum: II. ut eos, qui se in patrocinium potentiorum contulerunt, ut eorum auxilio protectioneq; tuti sint ab injuriis.* Add. Cujac. *in l. 4. Cod. de procurator.* Lege sis etiam de feudis oblatis Mart. Mager. *de advoc. armat. cap. 9. n. 690.* Zach. Vietor. *d. caus. exemt. concl. 20. 23. 28.* Schrader. *conf. 21. num. 150.* Joh. Frider. von Lautersbain/ *d. jur. nobil. lib. th. 13. d.*

OBSERVATIONES FEUDALES.

I.

INveſtituræ morem Jeremiam *cap. 43. verſ. 12.* reſpexiſſe nonnulli volunt. Quâ de re Sim. Bochard. *Hierozoic. part. 2. lib. 2. c. 44. p. 456.* ita ſcribit: *En de veſtibus (ſc. paſtorum) locum inſignem Jerem. 43. 12. Et involvit terram Ægypti (Nebucadnezar) ut paſtor involvit veſtem ſuam, id eſt, corpus veſte ſuâ. Eſt Hypallage omnibus in Linguis frequens. ita Græcè ἐνδύειν τινὶ ἐσθῆτα, & latinè veſtem induere, eſt ἐνδύειν τὸ σῶμα τῇ ἐσθῆτι, corpus veſte induere. Quod plerique interpretes, cum non animadverterent, ſenſum valdè obſcurum huic loco affinxeruut, quaſi Propheta ſignificet fore, ut Nebucadnezar Ægypto amiciatur, (id eſt, inquiunt, Ægypti ſpoliis) quomodo paſtor veſte ſuâ amicitur & involvitur. Sunt qui ad INVESTITURÆ morem alludi volunt, quæ Prophetâ pluribus ſeculis recentior eſt.*

II.

Numerus pluralis in inveſtituris comprehendit etiam ſingularem *arg. l. non eſt ſine liberis de V. S. l. pater Severianam. §. ita fideicommiſſo. d. condit. & demonſtrat.* Auguſt. Barboſ. *de appellat. jur. ſignif. voc. numerus.* Huc pertinet collegii noſtri reſponſum: Als ihr uns berichtet/ wie daß ihr von einer Adel. Witbett in die Mitbelehnſchaft eines Mannlehen-Guts genommen worden/ iedoch cum

hoc pactô, daß nach ihrem Tode ihr Sohn und Tochter Sohn succediren/ welcher es aber unter ihnen annehme/ der solte dem andern die Helfte herausgeben/ und wann der Annehmer ohne Lehenserben verstürbe/ gleichwol Töchter hinderliesse/ der andere es ererben/ und 5000. fl. halb des verstorbenen Töchtern/und halb euch entrichten solte/ stürbe denn der letzte auch alse/ so mögtet ihr das Guht haben / und seinen Töchtern 5000. fl. herauszugeben schuldig seyn / Nun wäre die Frau Acquirentin/ und auch ihr Sohn / der es nach ihrem Tode angenommen / ohne Lehenserben verstorben/ und hette keine Tochter hinterlassen/ dannenhero der Nepos oder Tochter Sohn/ sich des Guhts unterzogen / und wäre euch 2500. fl. rauszugeben schuldig/ dabey aber in der Meynung begriffen/ daß ungeachtet ihme iezo 2500. fl. wegen nicht vorhandener Tochter seiner Tochter seines Vettern/ zue gut gehen/ihr doch nach seinem Tode/ wenn er auch gleich nur eine einige Tochter verlassen solte / die 5000. fl. derselben vor voll entrichten müsset/ worzu ihr aber euch nicht schuldig erachtet/ a. n. m. d. e. a. v. g. h. w. i. d. w. h. r. e. zb. g. d. f. w. v. R. Ob wol die Acquirentin und Adel. Frau Wirbe in dem gedachten pacto von Töchtern/ und also im plurali geredet/ und disponiret/ dennoch aber/ und weil sie/ auf den Fall/ do nur eine Tochter vorhanden seyn würde/ keine portion so derselben zuekommen solte/ exprimirt/ auch das pactum in favorem des weiblichen Geschlechts der Mitbelehnschaft angehenget worden / so seyd ihr do der acquirentin Tochter Sohn nur eine einzige Tochter verlassen solte / derselben die gesamte Stimmäm der 5000. fl. zuentrichten verbunden/ V. R. W.

III. Si

III.

Si in literis investituræ genus servitiorum præponitur, & posteà certæ species exprimuntur, in libro autem censuali generaliter quidem sed definitè & determinatè ad certum tempus scripta inveniuntur: tunc literis investituræ insistendum. vid. Matth. Berlich. *Part. 2. dec. 281.*

IV.

Vasallus si confiteatur se esse vasallum tenetur domino investituram primam ostendere, & titulum possessionis suæ dicere, Schrader. & plur. alleg. *d. feud. part. 6. c. 6. num. 111.* Hartm. Pistor. *Part. 2. quæst. 46. num. 2.* licet aliàs nemo alteri cogatur regulariter titulum suæ possessionis dicere. *l. cogi. 11. C. de petit. hæredit.* ubi add. August. Barbos. *collect. in Codic.*

V.

